

PER AMPLIORA AD ALTIORA

*Oliver Wendell Holmes.*

4. X. 6.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Open Knowledge Commons and Harvard Medical School

http://www.archive.org/details/auctariumadalber00hall

# AVCTARIVM
AD
# ALBERTI HALLERI
# ELEMENTA
# PHYSIOLOGIAE
# CORPORIS HVMANI

EXCERPTVM

EX NOVA EDITIONE

ET ADAPTATVM VETERI.

## FASCICVLVS PRIMVS.

FIBRA. VASA. CIRCVITVS SANGVINIS. COR.

---

LIPSIAE ET FRANCOFVRTI,
cIↄIↄccLXXX.

# LECTORI BENEVOLO
S. D. P.
EDITOR.

Quum nouam editionem elementorum phyſiologiae corporis humani Hallerianae, quae ita eſt inſcripta:

ALBERTI HALLERI

DE

PARTIVM

CORPORIS HVMANI

PRAECIPVARVM

FABRICA ET FVNCTIONIBVS

OPVS QVINQVAGINTA ANNORVM.

BERNAE, cIↄIↄccLXXVII.

cum priore Halleriana compararemus, eamque nouam editionem ſedecim voluminibus, vt dicitur, in forma octaua abſolui perſpiceremus, augmentum huius nouae editionis, idque ipſum non paruum, potius cerni in additis rebus nouiter detectis ſeu omiſſis, mendis emendatis, nec non in dubiis vel reuocatis, vel nouiter motis, item in rebus aliis atque aliis in locis veteris editionis ſparſis, in vnum nouae coactis locum, inque rebus aptiori loco collocatis, quam in rerum propoſitarum ordine mutato, quem ſecutus eſt HALLERVS in prima editione, intelleximus. Quod quidem ex fine praefationis Hallerianae nouae editioni praemiſſae luculenter patet: *Ordinem ſeruaui eundem et libros perinde triginta, ſed multa contraxi, alia aptiori loco diſpoſui, vere vtilis nihil omiſi.*

Quae cum ita ſint, haec additamenta in vſum et commodum emtorum veteris editionis ex noua excerpta atque collecta hic deprehenduntur, eaque ipſa veteri editioni, quantum fieri potuit, ratione typorum ſtanneorum, chartae, formae cet. ita ſimilia effecta, vt, hoc auctario adiuncto, nullum, quoad contenta, inter veterem et nouam editionem intercederet diſcrimen. Vt autem ſpatio, volumini et pecuniae parceretur, et tamen id, quod non diu ante promiſſum eſt, praeſtaretur, has adhibuimus cautiones.

Ac

Ac primum quidem, quod ad praefationes *) nonnullis nouae editionis tomis praemiſſas ſpectat, eas pene verbotenus deſcribendas cenſuimus, neque quicquam deleuimus praeter id, quod de tempore, quo ſecundus et tertius tomus prodierint, et quo reliquae partes eſſent prodituræ, Auctor monuerat. Etenim cum in his ipſis praefationibus partim aliquis velut recenſus ſupplementorum, partim vberior quorundam aſſertorum illuſtratio contineatur, non poſſe non eas cuiusdam vtilitatis eſſe arbitrati ſumus.

Colligentur poſtea omnino omnia ea additamenta nouae editionis, quae nouitatem rerum prae ſe ferunt et ſiue emendationi, ſiue illuſtrationi veteris ſeruiunt, ita in octo faſciculos, vt ſinguli faſciculi initium dirigat finis vniuscuiusque tomi primae editionis in forma quarta. Quapropter, vt quilibet faſciculus cuique tomo veteris editionis commoditatis cauſa poſſet iungi, paginarum numerus ſinguli faſciculi fine erat finiendus. Faſciculi autem quarti diuiſio in primam et ſecundam partem pendet a fine octaui voluminis, quod hactenus vltimo loco de noua hac editione anno huius ſeculi ſeptuageſimo et octauo prodiit. Simulac vero reliqua volumina apparuerint, rurſus incipiemus ita, vt ſingulo tomo veteris editionis reſpondeat ſingulus huius auctarii faſci-

 culus

*) Epiſtolam dedicatoriam ad CALDANVM Patauinum Profeſſorem, quae primo volumini praemiſſa eſt, conſulto omiſimus, quippe quae nihil omnino, quod Lectoribus prodeſſe poſſit, contineat.

culus. In ordine itaque hunc faſciculum quartum in primam et ſecundam partem diſtribuimus.

Sed vt breuitati vel vbique conſuleremus, ſingulorum verborum, vnam eandemque rem ſignificantium, nec ſenſum mutantium, nec iam communicatas in veteri editione illuſtrantium res, aliquam habuimus curam. Quod porro attinet ad locos in vetere disiunctos et in noua editione vnitos aut in hac ex ea omiſſos aut breuius dictos, hi ſedulo laudati et, rebus mutationem paſſis, prorſus repetiti ſunt *). Noluimus enim non facile quicquam omittere; quare ſi eandem rem bis propoſitam deprehendimus, bis eam quoque deſcripſimus e. g. de granoſo inſectorum adipe **).

Deinde notarum ita eſt habita ratio, vt nouis additis, emendatae commemorarentur et omiſſae delerentur.

Typographica errata, eaque non adeo rara, huius nouae editionis corrupta effecerunt loca varia. Id quod et faſſus eſt Editor praefationis Faſciculo huius auctarii tertio ***) praemiſſae. Tum Graeca verba Latinis litteris in ea leguntur, quae ſuae linguae in hoc auctario reddidimus. Pariter nomina Auctorum, librorum inſcriptiones cet. erroribus non ſunt deſtituta. Quibus in rebus ita verſati ſumus, vt, ſi fieri poſſet, hos errores emendaremus. Quod ſi vero per eorum grauita-

*) v. Auctar. Faſcic. I. p. 21. 68.
**) vid. Faſcic. I. p. 15. ***) p. 3.

grauitatem atque difficultatem non licuit, quid eſſet ſentiendum, non immodeſte demonſtrauimus, ac denique, ſi prorſus nulla corrupti loci adhiberi potuit medela, ſaltem eam indicauimus ****). Forte Editor reliquorum voluminum eiusmodi loca corriget et praeterea quorundam errorum a nobis praetermiſſorum adhibebit emendationem, quos omnes, hoc auctario ad finem perducto, nos diligenter repetituros eſſe pollicemur.

Denique opus eſt, vt de tabulis aeneis quaedam dicamus. Quarum nouitas curabitur, vti forma huius auctarii poſcit, eam vero earum varietatem, quae ſolummodo a diuerſa horum editionum forma eſt repetenda, nec vllam praeterea mutationem affert, de induſtria neglegimus.

Quae praeterea in veterem et nouam huius phyſiologiae Hallerianae editionem cadit diuerſitas, intelligi facile poteſt ex praefatione veteris editionis aucta, nouae praemiſſa et huic ipſi auctario, quatenus novitatem ſpectat, inſerta.

Ergo in huius auctarii edendi occupatione nos ita verſatos eſſe, ex his faſciculis, quos hic vulgamus et reliqui, editis ceteris nouae editionis voluminibus, eadem ratione ſequentur, apparebit.

Omnibus demum his octo faſciculis finitis, qui, vti ab initio polliciti ſumus, octo tomis veteris editionis ita accommodati et adaptati

ſunt,

****) v. Auctar. Faſcicul. II. p. 20.

ſunt, vt ſingulum tomum veteris editionis ſingulus faſciculus huius auctarii reſpiceret, vltimo loco index horum additamentorum addetur, partim vt Lectorum queat indulgeri ſtudiis, partim vt et hac in re haec denuo vulgata additamenta veteri editioni elementorum phyſiologiae prorſus ſimilia efficiantur. Elucet quidem hic quaedam varietas, cum index rerum contentarum cuilibet tomo prioris editionis eſt nexus, tuentur tamen, vti videtur, hanc exiguam diuerſitatem ſpatii, voluminis et pecuniae parſimonia. Dedi Lipſiae menſe Octobri cIↄIↄCCLXXX.

---

AVCTA-

# AVCTARIVM
AD
# ALBERTI HALLERI
VIRI SVMMI
# ELEMENTA PHYSIOLOGIAE
CORPORIS HVMANI.

## *PRAEFATIO.*

Pag. III. l. 11. *adde* et nuperrima aliqua de neruo primi paris CASCHE et SABBATIER.

p. IV. l. 8. *poſt* vtilitas *adde* viſceris, neque ab eo viſcere ea functio pendet.

p. V. l. 27. imprudenter decet *lege* continuo debet.

p. VI. l. 2. a quibus per receptas leges eas frangi oportuerat, *lege* a quibus per receptas leges hygroſtaticas eas vehementer frangi oportuerat.

p. VII. l. 8. *poſt* experimentorum *adde* et partium corporis animati hiſtorias etc.

ibid. l. 14. *poſt* licuerit *adde* diligenter deſcriptas ex libris addiſcere facile eſt.

p. VIII. l. 14. poſt SWAMMERDAMIANIS *adde* etiam LYONNETIANIS.

p. X. l. 7. Quo tempore - - - continentur *lege* Ea experimenta Rupe meliori vſus otio, per ſex annos iteraui, dilataui, perfeci *b*).

p. XII. l. 18. Longum opus, vt finet - - - - - expoſita habeantur *lege* Haec anno 1757. 28 April. ſcripſeram. Ab eo tempore annorum pene viginti intervallum aliqua me haud dubie docuit. Nam et ipſe interim ſex annorum ruſticatione Rupenſi in diſſecandis viuis animalibus, in rimandis pulli incubati phaenomenis, in oculorum minutioribus particulis contemplandis, in comparanda cerebri auium, piſciumque fabrica, in primordiis noui animalis per quadrupeda ſpeculandis, in oſſium incrementis verſatus ſum. Multa etiam et inter ea bona et ſingularia opera prodierunt. De facultate ſentiendi et mouendi experimenta in vtramque partem capta ſunt, pene innumerabilia. Haec omnia decerpſi, cum meis contuli, ſi quid inde emendari liceret meorum, ſi addere non nihil liceret, ea emendaui, aut adieci.

Senium

*b*) *poſt* 2 *Tom. adde* de quadrupedum conceptione, de monſtris.

Senium ipſum et frequens experimentum, quo conuicimur, quam facile ſit, receptis opinionibus nimium dare, aut amatis praeceptoribus, multa me docuit dediſcere, multa, quae putabam me perſpicere, nunc video omnino ſola me coniectura attigiſſe.

Dedi ergo innocentiſſimo rectiora dicendi deſiderio, vt nouis curis magnum opus retractarem. Reperi paſſim, ab ipſa olim neceſſitate temporum me adductum fuiſſe, vt eadem repeterem, quae alio loco iam tractaſſem. Quando enim de corde ſcribebam, nondum de cerebro dixeram, nondum experimenta produxeram, quae non ſinunt admittere, cerebellum inter et cordis modum neceſſarium quoddam vinculum intercedere; oportuit ergo aliqua eorum experimentorum in eo libro tradere, quo de corde ſcripſi, vt oſtenderem, quare de cauſis moti cordis vitalem cerebelli potentiam remoueam.

Has nunc incommodas repetitiones, et ſunt pluſculae, licet omnino expungere, et breuibus verbis, dum de corde ago, ad libri X. ſectionem IV. remittere, qua agitur de cerebelli functione.

Porro, cum de arteriarum vi contractili agere oporteret, viſus ſum non nemini, me modo admiſiſſe aliquam, modo diſſimilem mei eam vim repudiaſſe, vt aliis, aliisque huius operis libris de ea poteſtate agebam. Hae nunc obiectiones corruent. Apparebit enim, quoties de inuiſibili arteriarum conſtrictione agitur, ex ſolis ſuis cauſis probabili, in magnis certe arteriis, fibris muſcularibus munitis, eam vim me admittere. Quoties vero de eiusmodi vi contractili agitur, quae oculis ſe offerat, quam liceat experimentis conſpicuam reddere, toties eiusmodi manifeſtam poteſtatem arteriarum reieci; et non reiicere non potui, cum tot in experimentis nunquam arteriam contrahi vidiſſem.

Praefationes aduerſariorum aſperis iudiciis oppoſitas non potui totas omittere, cum exſtent ALBINI, FRANCISCI LAMVRE, aliorumque mihi oppoſiti libri, et aequum videatur tamdiu me tueri, quamdiu accuſor. Multa tamen in breuitatem contraxi, et eadem vt erant mitia, etiam mitiora vt eſſent, vehementer ſtudui. Additamenta ſuos in locos repoſui.

Denique alia inſuperabilis ratio me impulit, vt opus meum, quantum eius fieri poſſet, in breuitatem contraherem, nunquam ſperaturus, me tanto opere defuncturum, ſi longum, ſi priori longius foret. Et placebam tamen mihi in ea ſpe, minus imperfectum et verius meum opus me daturum, quam dederam hactenus.

Ordinem ſeruaui eundem, et libros perinde triginta, ſed multa contraxi, alia aptiori loco diſpoſui, vere vtilis omiſi nihil.

Bernae d. 19. Martii cIↄIↄCCLXXVII.

CATA-

# CATALOGVS

*nonnullorum inuentorum Auctoris.*

Hunc catalogum olim anno 1764 edidi, cum ab iniuſtis hominibus, et, quod aegrius me habebat, a *Franciſco* LAMVRE, viro Cl. inſimularer, alienis me theſauris diuitem eſſe. Putaui tantam poſt prouocationem licere mihi, quod absque vlla eiusmodi cauſa ALBINVS fecerat et DOVGLASSIVS, eorum edere catalogum, quae ipſe prior aut rectius vidiſſem.

## PROPRIA AVCTORIS.

Fabrica pene totius corporis animalis ex celluloſa tela, per experimenta euicta *a*).

Pericardii vera hiſtoria et adhaeſiones *b*).

Conſtitutus annulus venoſus valuularum cordis continuus *c*), et minutae earum valuularum affectiones.

Cordis euolutio *d*). Ventriculus ſiniſter primigenius eſt; poſt eum ſenſim dexter ſubnaſcitur: auris communis primum extra cor eſt, tunc in cor retrahitur, et in duas aures diſcedit.

De cordis motu: non pallere idem *e*), et de aliis eius affectionibus.

Cordis maxima irritabilitas *f*), et inde natus motus perpetuus, per vim ſtimuli continuatus.

Experimentum, quo oſtenditur, ablato ſanguine venoſo dextro, ſiniſtras cordis partes ſuperuiuere vltimas *g*).

Sanguinis motus non multum tardatur in minimis *h*) vaſis per experimenta.

Ponderis vis in ſanguinem venoſum *i*).

Vaſa minima non ſunt contractilia *k*).

Vis deriuationis et reuulſionis *l*).

Motus ſanguinis a morte ſuperſtes ab attractione natus *m*).



*a*) *Elem.* I. p. 19. 22. Non ita ALBINVS; ſed cuique parti ſuam ſubſtantiam eſſe praeter vaſa, *Annot.* L. III. p. 15. Mea eſſe fatetur, non ille aequus mihi. *Marherr Comment.* I. p. 127.

*b*) I. p. 269. ſeqq.

*c*) Ann. 1737. in diſp. de *mot. ſangu.*

*d*) Ibid. *form. du poulet.* T. II. Sect. VI.

*e*) *Oper. min.* p. 171.

*f*) *Oper. min.* T. I. p. 169. in *experim.* et in *Comm. Gott.* T. II.

*g*) *Comm. Gott.* T. I.

*h*) L. VI. p. 195.

*i*) *Oper. min.* T. I. p. 129.

*k*) L. VI. p. 210. *Oper. min.* I. p. 88.

*l*) L. VI. p. 214. poſt aliqua experimenta *Ant.* de *Haide.*

*m*) *Oper. min.* I. p. 28. ſeqq.

Aneuryſma verum et varix artificio parari poſſunt *n*).

Maior craſſities tunicarum arterioſarum a debili ſanguinis motu: minor craſſities a plethora *o*).

Pulſus venoſus ab inſpirationis viribus *p*) natus, qui ſanguinem in pulmones inuitat.

Pulſus venae pulmonalis *q*).

Muſculos intercoſtales omnes coſtas leuare, demum per experimenta euictum *r*).

Coſtarum rotatio *s*), et reliqua reſpirationis phaenomena exculta.

Mammariarum arteriarum rami magni ad diaphragma *t*) dati.

Arteriarum intercoſtalium et mammariarum pulcherrimi annuli, et anaſtomoſes cum vaſis thoracicis externis *u*).

Trunci quatuor arterioſi thoracici conſtituti *x*).

Aërem nullum eſſe in thorace *y*) per experimenta ita euici, vt neminis nunc meminerim, qui contrariam opinionem tueatur.

Tendines ſunt inſenſiles *z*).

Et ligamenta *a*).

Et dura cerebri membrana *b*).

Cerebri piſcium fabrica *c*).

Arteriae cerebelli et cerebri pleraeque conſtitutae *d*).

Et arteriae medullae ſpinalis *d**).

Emiſſaria pluſcula *e*).

Conſtitutus per experimenta motus cerebri, qui reſpirationi obedit *f*).

Cerebelli nulla maior dignitas *f**), nec calloſi corporis *f***).

Nerui

*n*) *Oper. min.* p. 85. 99.
*o*) *Oper. min.* p. 88.
*p*) Conſ. L. VI. p. 332. *Oper. min.* I. p. 131 ſeqq
*q*) *Oper. min.* I. p. 144.
*r*) *Oper. min.* T. I. p. 283 ſeqq.
*s*) Ibid. p. 288 ſeqq.
*t*) *Faſcicul.* VI. In venis aliquid ſimile FALLOPPIVS habet.
*u*) Ibid.
*x*) Ibid.
*y*) *Oper. min.* I. p. 301.
*z*) *Oper. min.* I. p. 332 ſeqq. *Comm. Gott.* T. II. p. 113.
*a*) p. 341.
*b*) p. 345.
*c*) *Elem. phyſiol.* IV. *fin. Oper. min.* T. III.
*d*) *Faſcic.* VII.
*d**) Ibid.
*e*) *Faſcic.* I. et *Elem.* T. IV. p. 166. 167.
*f*) *Comm. Gott.* T. II. et *Elem.* T. IV. p. 171 etc.
*f**) *Element.* T. IV. p. 353.
*f***) Etiam eo loco.

Nerui molles ab intercoſtali *g*) ganglio primo nati, poſt aliquas LANCISII voces.
Thyreoidea arteria inferior pene tota *g**).
Vis inſita muſculorum, per ſuos limites conſtituta *h*).
Vis neruoſa non eget continuitate cum cerebro *h**).
Claſſis muſculorum vitalium magis irritabilis, animalium minus *h***).
Vaſa vitrei corporis in piſcibus *i*).
Et campanula lentis cryſtallinae *k*).
Zona ciliaris auium *l*).
Arteria ophthalmica pene tota *m*).
Iris non eſt irritabilis *n*).
Arteriae dentales pleraeque *o*).
Ductus ad STENONIANVM acceſſorius *p*).
Sublinguales ductus, longi et breues *q*).
Arteriae oeſophageae pleraeque *r*).
tum palatinae *s*).
pharyngeae *s**).
Ventriculi humani fabrica muſculoſa, et ſtratum fibrarum intimum *s***).
Ventriculi celluloſae telae poſt paucas voces priorum *t*).
Omentum colicum *u*).



*g*) *Art. maxill. tab. ad fin. Orig. neru. intercoſt.* n. 17. *Elem.* T. IV. p. 256.
*g**) Faſcicul. III.
*h*) *Comm. Gott.* T. II. Element. IV. p. 449 ſeqq.
*h**) Element. IV. p. 364.
*h***) *Elem.* IV. L. XI. ſect. II.
*i*) *Element. phyſiol.* V. p. 391. 392.
*k*) p. 391.
*l*) *Form. du poulet*, T. III.
*m*) *Faſcicul.* VII.
*n*) *Oper. min.* p. 372.
*o*) *Tab. art. maxill.* et *Faſcic.* VIII. et *Elem.* T. V. p. 30.
*p*) *Faſcicul.* III *tab. art. labial.*
*q*) *Element. phyſiol.* VI. p. 48.
*r*) *Faſcic.* III.
*s*) *Faſcicul.* II. *tabul. arter. maxillar. Faſc.* III. *tab. arter. pharyng.*
*s**) *Comm.* BOERHAAV. T. II. et *Faſcicul.* III.
*s***) Cl. de FOVCHY *hiſt. de l'Academ.* 1761. p. 32. Cl. BERTINO tribuit, qui anno 1746, cum de equi ventriculo ageret, eius inuenti mentionem fecerit, cum ego anno demum 1751 eadem deſcripſerim. Non recte Deſcripſi anno 1747. Voces enim eius editionis *prim. lin.* n. 524 eaedem ſunt cum vocibus editionis anni 1751. Deinde tomus Commentariorum anni 1746 anno demum 1751 aliquot adeo poſt meas primas lineas annis prodiit: Quae ita dicta volo, nihil vt inde decedat Cl. BERTINI laudibus.
*t*) *Elem.* T. VI. p. 132.
*u*) *Progr.* anni 1742.

Omenti lamina poſterior veterum verum eſt meſocolon *x*).
Arteriae pancreaticae pleraeque *y*).
Vena vmbilicalis in fetu *z*) ramos dat in hepar, qui in homine adulto fiunt rami venae portarum.
Inteſtinorum tela celluloſa tertia *a*), poſt paucas voces priorum.
Mechaniſmus, quo coeci inteſtini facies ſenſim mutatur *b*).
Valuularum coli menſurae et varietates *c*).
Arteriarum capſularium tres claſſes *d*).
Vretericae *e*).
Haemorrhoidea media *f*).
Perforantes magnae femoris, vtraeque praeter aliqua priorum *g*) veſtigia.
Articulares genu, praeter aliqua verba priorum *h*).
Anaſtomoſes ramorum ſuperiorum cum inferioribus ſub genu praeter priorum paucas voces *i*).
Sic arteria tarſea *k*).
Perforantes tarſi etc. *l*).
Arteriarum ſuperiorum cubiti cum inferioribus pleraeque anaſtomoſes *m*).
Arcus dorſalis cubiti *n*).
Arcus carpeus *o*).
Perforantes carpi *p*).
Interoſſeae dorſales *q*).
Interoſſeae mediae *r*).
Herniae congenitae: vagina pro teſte in fetu praeparata *s*).
Teſtis in peritonaei cauea eſt, dum homo in vtero geritur *s**).
Vaſcula efferentia teſtis; et rete teſtis *t*) celluloſum vaſculoſumque.

Veſicula

*x*) *Progr.* anni 1742.
*y*) *Faſcicul.* II. et *Elem.* T. VII. p. 131. ſeqq.
*z*) *De fetu bicipite* anno 1739, tum in *prim. lin.* n. 833.
*a*) *Prim. lin.* n. 705.
*b*) *Prim. lin.* n. 730.
*c*) *Progr.* anni 1742.
*d*) *Faſcicul.* III.
*e*) Ibid.
*f*) Faſcic. IV.
*g*) Faſcicul. V.
*h*) p. 23.
*i*) Ibid. *k*) Ibid. *l*) Ibid.
*m*) *Faſcicul.* VI.
*n*) Ibid. *o*) Ibid. *p*) Ibid. *q*) Ibid. *r*) Ibid.
*s*) *Progr.* anni 1749. *Elem. phyſiol.* T. VI. p. 373. T. VII. et opuſc. path. p. 53.
*s**) Ibid.
*t*) *Progr.* anno 1745 edit. et in *Phil. Tranſact.* Tum in *Elem. phyſiol.* T. VII.

Veſicula ſeminalis eſt inteſtinum ramoſum *u*).
Corpus luteum oritur ex conceptione *x*), neque prius paratum adeſt.
Vrachus eſt ductus ad veſicam vsque apertus, quem replere facile ſit *y*).
Foraminis oualis et ductus arterioſi proportiones, et cauſa commutationis *z*).
Fetus ſero apparet, eiusque in quadrupedibus prima phaenomena *z**), inque auibus *z***).
Fabrica vitelli *a*).
Incrementa oſſium *b*).
Mutatio ex gelu, rimae, opacitas etc. *c*).
Vaſa oſſis longa *d*).
Circuli vaſculoſi *e*).
Hemiſphaerium vaſculoſum *f*).
Vaſcula cartilaginea intima *g*).
Formatio partis alueolaris *h*) oſſis.
Et nuclei oſſei *i*).

Haec omnia fuſius exponuntur in *Iconibus anatomicis*, quarum ab a. 1741 ad 1756 octo faſciculi Gottingae prodierunt, tum in *operibus anatomicis minoribus* Lauſannae 4 a. 1762, 1767 et 1768 editis, multo plenioribus, quam in Gallicis editionibus. Hos libros rogo, vt Lector hoc noſtro cum opere conferre velit.

*Commentarii* in BOERHAAVII Praelectiones ab anno 1739 ad 1744 editi pertinent ad tempora definienda diuerſarum a PRAECEPTORE opinionum, ſenſim a me receptarum, ſi contuleris cum primis lineis phyſiologiae anno 1747 et 1765 Gottingae excuſis.

*u*) *Progr.* anno 1745 edit. et in *Phil. Transact.* Tum in *Elem. phyſ.* T. VII.
*x*) *Praef.* ad T. II. operis BVFFONIANI verſionem germanicam.
*y*) *Prim. lin.* n. 837.
*z*) *Progr. de valu.* EVSTACHIAN. in *Faſcicul.* IV. tum *Elem.* T. VIII.
*z**) *Oper. min.* T. III.
*z***) T. II.
*a*) Ibid. *Sect.* XI.
*b*) *Traité de l'accroiſſement des os.*
*c*) Ibid.
*d*) *Sect.* VI.
*e*) Ibid. *f*) Ibid.
*g*) p. 201. etc.
*h*) *Sect.* V.
*i*) Ibid.

DE

## DE PRAECIPVIS
# CORP. HVMANI PART. FVNCTIONIBVS.
## *LIBER PRIMVS.*
### CORPORIS HVMANI ELEMENTA.

### SECTIO I.
#### FIBRA.

Pag. 2. l. 13. etiam *lege* forte etiam

ibid. l. 16. *dele* pilos

ibid l. 20. *poſt Kaauw* BOERHAAVE *h*) *adde.* Hoc eſt ſtamen primum, ex quo epidermis, epithelium, vngues, pili, demum totum corpus formatur *h**). Aliter viſum fuerat Ill. ALBINO, qui cuique corporis parti ſuam propriam naturam eſſe docuit *h***). Mihi quidem de cerebro dubium ſupereſt, et de vniuerſa medulla neruoſa, de reliquo corpore nullum videtur dubium eſſe, niſi forte fibrae muſculari alia natura eſt.

ibid. l. 24. Solidum elementum terra eſt - - - HENKELIO auctore *lege* Solidum elementum terra eſt, de calcario genere *i*), aliquantum tamen diuerſa, quod in calcem viuam non abeat, quod cum acore in nullum ſalem medium combinetur, quod cum ſpiritu ſalis in gelatinam coëat, quod cum acore vitriolico non ferueat, quod ab aceto nihil patiatur, quod a nitroſo acore lente ſoluatur, quod difficulter vitreſcat, et demum in lacteum opacum vitrum conuertatur *k*).

p. 3. l. 2. aëri *lege* aeui

ibid. l. 6. nuper *lege* anno 1751.

ibid. l. 24. *poſt* ENHÖRNING *adde* de Epiſcopi corpore quinque ſeculis, vt videbatur, ſuperſtite, auctor vitae LVDOVICI XI. Delphini.

p. 4. l. 2. *poſt* obſeruantur *adde* Huc pertinet nuperum elegans experimentum. De capillo annulus ſuſpenditur; igne absque aëris motu capillus in cinerem redigitur; ſuſtinetur de cinere hactenus annulus, tamen vt cadat, ſi minimus motus

*h**) *Gorter Chirurg.* n. 289.

*h***) Nat. Homin. p. 36.

*k*) *lege* HENKELII *Flora Saturniz.* etc.

motus acceſſerit. Apparet abſque vinculo glutinis leuiſſimum eſſe nexum elementorum terreorum.

p. 4. l. 8. *poſt* parcius *adde* Quod eo promtius admittas, cum in ligni cineribus vbique reperiatur.

ibid. l. 17. *poſt* Buta *adde* in cornu cerui vſto cum oleo cocto, ſoliditatem recuperante; mechanicae enim cylindrorum cohaeſiones docent, quae obtinentur aqua interfuſa, et etiam magis oleo.

p. 5. l. 9. *poſt* efficit *adde* et duae tertiae partes oſſis diſflantur.

ibid. l. 13. *poſt* BERTIN *adde* Incredibile eſt, in primis initiis gelatinoſi oſſis, quam parua ſquamula de integro femore in experimentis noſtris ſuperfuerit.

ibid. l. 24. *poſt* ſuperſit *adde* Sed etiam gluten ex oſſibus obtinetur, acore ſuperfuſo, deinde lixiuio, vt terra fundum petat.

p. 6. l. 2. Idem fere oſtendit - - - interpoſitum conferuet *l.* Sed etiam frequens eſt membranarum in gelatinam conuerſio, et viciſſim gelatinae in membranas. Ipſa ſponte gelatina fila trahit; ex albuminoſa parte ſanguinis agitando fila parantur et membranae, quod alibi repetemus, et frequentiſſime ex gelatinoſa aquula pericardii, cauique pectoris veriſſimae membranae naſcuntur, quibus pulmo ad pleuram reuincitur. Morbus ſtridulus, quem Scoti *Croup* vocant, a muco ſolo in aſpera arteria in membranam ſpuriam coacto prouenit.

Viciſſim in gelatinam membranae reſoluuntur. Ipſa vis morbi ventriculi et inteſtinonem, aliasque membranas in gelatinam reſoluit. Ichthyocolla, quae ipſa eſt interior tunica veſicae natatoriae, cum aqua et cum debili frumenti ſpiritu in gluten abit.

ibid. l. 20. *poſt* aperuit *adde* deinde ego, inde nuperi Angli in phyſiologiam receperunt.

p. 7. l. 7. *poſt* nequit *adde* Nuper video in hac mea theoria et glutinis aquoſi atque oleoſi vim elementa terrea colligantem viris Cl. diſplicere, et aërem. Nihil horum meum eſt. Aërem apud Cl. STEPHANVM HALES inueneram, eo vtique vſus, dum ab aliis phyſiologiae ſcriptoribus negligebatur, gluten ipſius eſt BOERHAAVII.

Sed neque cauſam video, cur a ſententia recedam. Eſſe in fibra aquam et oleum, certum eſt: ex his elementis gluten fieri, certum eſt, eo praeſente elementa terrea coniungi, eo vtcunque deſtructo diſcedere, perinde certum eſt. Particulae terrae non videntur ſe trahere ſibi relictae; nam et in gypſo, et in calce

pag. 6. *Not. h. adde* VRBANVS HIAERNE ſulphur habebât pro praecipuo corporum vinculo. *Act. laborator.* p. 90.

calce moleculae duriſſimorum lapidum in pollinem non cohaerentem abeunt, idemque gypſum in lapidem continuo redit, quando aqua amiſſa ei reddita eſt.

De aëre ne verbulum addo: frequentiſſima noſtro aeuo in aëre fixo experimenta fiunt, neque vllum eſt ex millenis, quin confirmet, nullum corpus in elementa dilabi, niſi is aër per ignem, per putredinem, aut aliam aliquam violentiam fuerit abactus. Neque vllum corpus putreſcit, quin aër prius ſecedat *m**). In oſſibus parciorem eſſe *m***) noui. Non ignoro claros viros eſſe, qui hanc aëris efficaciam reiiciant *m****). Neque tamen video, cur reiiciant.

ibid. l. 18. *dele* Idem eſt ſtamen ſolidum IOH. V. GORTER, Celeberrimi nunc Ruſſiae Archiatri, *cum nota huc ſpectante.*

p. 8. l. 15. *poſt* contrahit *adde* Non ideo nulla fibrae vis contractilis eſt: ineſt et in viuo animali, et in mortuo, etiam in ſicca cute, in animalium inteſtinis, certe in elaſticas chordas contortis. Dum humecta eſt, fibra ſe contrahit minus rapide, quam muſcularis fibra, vt minori ad longitudinem ſuam ratione decurtetur: ſed dudum ſicca membrana diſciſſa ſe retrahit, chorda vero etiam validiſſime ſe conuoluit. Id volo, ferrum enim non ſentire fibram, telam celluloſam, membranam, neque perinde adeo, vt muſcularis fibra, conſpicua pollere irritabilitate.

ibid. l. 20. *poſt* deſcendant *adde* Putredo aëri fixo naturam elaſticam, et leuitatem reddit, qua corpus reddit natatile, in quo euoluitur.

ibid. l. 24. *poſt* oculo *adde* ſquamas cartilaginum.

## SECTIO II.

### TELA CELLVLOSA.

Pag. 9. l. 9. *lege* carotidem ſub cranio illigat.

p. 10. l. 15. *poſt* agnouit *adde* Nuperiora ſunt de hac membrana THEOPHILI de BORDEV, eiusque aſſeclarum merita, qui textum fere mucoſum dixerunt. Mireris autem omnino, cum tanto nuperior ſit aut me, aut SCHOBINGERO, ei viro adeo magno conſenſu Gallos tribuiſſe, quae nos non ſolum vidimus priores, ſed diximus: mea enim experimenta prius, vt aequum eſt, facta, anno 1747 in *primis phyſiologiae lineis* deſcripta ſunt.

pag.

*m**) BERTHOLET *de l'air.*

*m***) WIEGLEB *von der Gaehrung*, p. 130.

*m****) BERTHOLET, SMETH *de aëre fixo.*

pag. 10. l. 14. notiſſimam *lege* notiſſimum
ibid. l. 21. externa *lege* interna
ibid. l. 24. arachnoideae nomine - - - amplectitur, *lege* arachnoideam inter et piam membranam cerebri et cerebelli exterior piam amplectitur.
p. 11. l. 1. *lege* fibram carneam vllam, liberam arteriam vllam *q**) etc.
ibid. l. 8. *lege* totum vaſorum, neruorumque faſciculum ad etc.
p. 12. l. 1. aquam *lege* mucum
ibid. l. 4. *poſt* lignum *adde* Sed etiam vaſa plantarum teneriorum certe et iuniorum celluloſa tela replentur. In criſtis et palearibus auium ſimilis, ſed ſanguinem receptura, ſubeſt celluloſitas. Demum in oſſibus planis manifeſto oſtendimus celluloſum rete, quod oſſi pro fundamento eſt, quod idem lympha in areolas depoſita abit in gelatinoſam cartilaginem, terra vero in eadem ſpatiola effuſa in os *u**). In oſſibus longis eandem fabricam Cl. HERISSANT oſtendit, et demum in teſtis *u***).
ibid. l. 21. *poſt* ſecedat *adde* Legas ipſum vrſum huius arcani artificii non ignarum eſſe, et cadauera inflare *y**), vt cutis decedat.
ibid. l. 26. *poſt* facit *adde* Demum nuper ſcriptum eſt, Nigritas orae Dentariae, vt rheumatiſmo medeantur, cutem bono euentu ſufflare, idque auxilium etiam Belgas bono euentu imitatos eſſe *c**).
p. 13. l. vlt. *poſt* MANN *adde* ex vulnere frontis emphyſema ad abdomen continuatum *ſ**).
p. 14. l. 5. *poſt* BEGGI *adde* Aqua in abdomen animalis impulſa ipſam inter duram, piamque matrem apparet *u**).
ibid. l. 29. *poſt* effluxerunt *adde* Qui toto corpore tumebat, is norat eum humorem totum in maiorem oculi angulum compellere *e**).



pag. 10. not. o. *adde* Conf. de his vaginis BORDEV *tiſſu muqueux* p. 45.

*q**) GORTER l. c. In panno libera, neque connexa fuiſſe cum albugine a SCHVLZE et SCHAFNER *mechan. cur. vuln.* Sed ego manifeſto celluloſam telam, eamque pinguem circumiectam vidi.

*u**) *Mem. ſur la ſtruct. des os.* CRVWEL *oſteogenes.* Qui flatum de cellula in cellulam tranſiiſſe vidit.

*u***) In *Mem. de l'Academie des ſcienc.* etc.

p. 10. *ad verbum* diſtendet *in textu adde not.* Cl. ABADIE nuper experimenta fecit, aërem adegit in celluloſam telam; ita emphyſema natum eſt, quod abdomen, faciem, palpebras, ſemora, pulmones, pericardium, lienem, vniuerſum corpus occupauit.

*y**) KALM *reſa* II. p. 246.

*c**) GALANDAT *Mem. de l'academ. de Berlin*, 1772.

*ſ**) GOOCH *Wounds*, p. 292.

*u**) ABADIE.

*e**) ROBERT *traité de med.* I. p. 15.

pag. 16. l. 2. *poſt* PAREVS *adde* In homine porro videas per eandem telam cellulosam aquam moueri, quae circa talum effuſa, oedema fecerit. Ea quotidie per ſtationem, ambulationem, et calorem aſcendit ad ſuram, peneque ad genu ſurgit, non vltra, niſi cum periculo. Eadem nocturnam per quietem latius diffuſa euaneſcit. Neque rarum eſt, in pectore collectum humorem per pediluuia, ſponteue ſua ad pedes praecipitatum, leuamen facere reſpirationis, per nocturnum decubitum ſtationem circa pectus repetere, et ſuffocationem minari. Hae ſunt viae arcanae, per quas abſceſſus mouentur, absque vaſculis, per quae humor fluat, etſi iam eo aeuo aliqui ea vaſcula vidiſſe voluerunt, CAELIO dicti *y**).

Per celluloſam telam in plantis vaſa *y***) omnia mouentur, non ideo in homine, vti nuper paradoxi viri HARVEIANO per vaſa circuitui iter per celluloſam telam ſubſtituere conati ſunt.

ibid. l. 4. *poſt* capite *adde* Omnes membranae extus celluloſae ſunt *z**).

ibid. l. 8. retro *lege* pone.

ibid. l. 29. Obſcuriora alia interim - - - ſolo a pondere *lege* Prima cauſa motus adipis per celluloſam telam eſt vis mortua celluloſae telae, cuius quodque filum, quaeuis lamina, in contractionem nititur, ſpatiola fibris, laminisque interpoſita arctat, ita humorem eo premit, vbi minor eſt reſiſtentia.

Accedit huic vi compreſſio muſculorum, dum in contractione turgent, et ſpatia celluloſa ſibi interpoſita comprimunt. Cutis ipſa lenta vi mortua contrahitur, et adipi diſtendenti reſiſtit, eumque reprimit. Arteriae, quibus celluloſa tela vndique percurritur, et quae in quoque pulſu vaginas ſuas, et circumiectam celluloſam telam comprimunt, adipem et ipſae vrgent. Denique pondus humorum eos regit, vt vel tumor veſpertinus pedum demonſtrat, et matutina detumeſcentia in oedematibus, et leuamen inſigne *z***).

Ab humorum motu per celluloſam telam impedito obſtructiones, et abſceſſus fieri nuperi *z****) docuerunt. Lentiſſima vero ea mala eſſe ex lento motu apparet, cui ſufflaminato debentur.

p. 17. l. 9. *poſt* poſſunt *adde* Et hactenus omnino ad temperamentorum cauſas, firmique aut debilis ſtaminis diſcrimen celluloſa tela ſpectat. Induratur eadem, et inter cauſas eſt praecipuas non rugarum ſolum, quae ſenii ſunt indices, ſed ſenii ipſius, quod ſuo oſtenditur loco. Adeo duram fuiſſe vidi, vt ſola

*y**) *Chron.* V. p. 10. 587.

*y***) fluida *haud dubie legendum eſt.* Not. editor. hui. auctar.

*z**) BONN *continuat. membranar.*

*z***) p. 33.

*z****) BORDEV *tiſſu muqueux*, p. 66.

*a*) *poſt* 230 *adde* In canibus SARCONE II. p. 259.

ſola femora in curuitatem contraheret, artumque fecerit obſtipum, cum nulla alia mali cauſa conſpicua adeſſet.

Quare *tonum*, quem STAHLIVS tanti facit, in tela celluloſa reſidere tuto ponas, quae vaſis circumpoſita ea conſtringit, et comprimit, et viciſſim a dilatatis ſuos per humores vaſis ipſa vrgetur. Inde illa, quae in ranis faciebam, aneuryſmata, cum celluloſam telam delerem, quae arterias meſenterii ambit.

Hanc telae celluloſae vim contractilem, et poteſtatem robur fibrae muſcularis in nuperi *a**) vulgo agnoſcunt *a***).

pag. 18. l. 5. *dele* Valuula coli inteſtini - - - ipſa euaneſcit *cum nota huc ſpectante.*

ibid. l. 20. *poſt* efficiat *adde* aut demum pro ſanguinis et receptaculo, et motore, et praeparante organo.

ibid. l. 24. *poſt* adſcripſit *adde* Non ſentire iam GALENVS vidit, neque ei ſenſus tribui debet, qui tranſeuntium neruorum eſt. Si propter neruos ſenſilem eſſe reclamaueris, nihil ages, niſi quod celluloſae telae tribuas, id quod fatearis nerui eſſe *l**). Qui omnia alia a noſtris docere malunt, in principio ſuo parum ſentire fatentur, in aponeuroſibus magis *l***). A pia vero meninge oriri, aut cum ea continuari non video *l****), vtique cum dura membrana.

---

## SECTIO III.

### MEMBRANAE.

Pag. 19. l. 7. *poſt* reperio *adde* Nunc haec vulgo nota ſunt, et recepta.

p. 20. l. 26. *poſt* ſeparare *adde* Sed etiam putredo vterum in celluloſam naturam reſtituit.

p. 21. l. 7. *poſt* ſodalibus *adde* Eaedem durae, perque morbum natae cyſtides pariter macerando, aut putredine in priorem celluloſam naturam, originis ſuae non immemores, reuertuntur.

 ibid.

*a**) Laborat certe haec periodus quodam vitio; ego legerem: *et poteſtatem robur fibrae muſcularis augendi nuperi vulgo agnoſcunt;* nam haec, ſi quid ego hic iudico, BORDEVII, la CAZII etc. mens eſt. Not. editor. hui. auctar.

*a***) *La* CAZE, BORDEV, ROBERT, FABRE. Mihi tribuit Cl. MAKITTRICK, *practice* p. 38.

*c*) *lege Coriago* in qua pellis oſſibus haeret, COLVMELL. L. VI.

*l**) BORDEV *tiſſu muqueux.*

*l***) *La* CAZE.

*l****) Idem.

pag. 22. not. *y.* *poſt* 164 *adde* ACRELL *chir. haendelſ.* p. 107.

ibid. l. 24. dudum *lege* ante quinquaginta annos

ibid. l. 31. *lege* vt in ſtrumarum membranis, in ouarii, in lienis inuolucro frequens eſt.

ibid. l. 32. *lege* idoneos interim teſtes

pag. 22. l. 4. *poſt* differunt *adde* Demum ſatis nunc conſtat, oſſa fieri duplici parte, tela celluloſa cum vaſis ſanguineis, et materia calcarea inorganica, in eas cellulas effuſa, vt poſſit celluloſa natura oſſi reddi, ſi acido aliquo liquore calx illa deleta fuerat *a**).

ibid. l. 13. Is enim, vti monui, *lege* Medulla enim neruoſa, vti monui etc.

ibid. l. 15. *poſt* prodita *adde* quo anno, poſt multa experimenta mea, in primis phyſiol. lineis hanc fabricam membranaceam deſcripſi:

ibid. l. 27. *poſt* receperunt *adde* et nunc fere omnes.

p. 23. l. 4. *lege* Eam clarius propoſuerunt EDMVNDVS KING et JOSEPHVS DVVERNEY etc.

p. 24. l. 6. *poſt* non eſt *adde* Nuper demum, etiam microſcopio acerrimo adiutus, I. B. a TORRE fila celluloſa vaſa eſſe defendit.

ibid. l. 7. nuper *lege* ante viginti annos.

ibid. l. 8. *dele* nunc a paucis retro menſibus.

ibid. l. 19. *poſt* viſcerum *adde* Non ergo vniuerſum corpus vaſis fieri.

p. 25. l. 6. *poſt* ſecant *adde* A vaſorum natura fila celluloſa longe diſtant, quae breuiſſima ſunt, multo latiora vaſculis, truncos non habent, neque ramos. ALBINVS porro, ne quis criminetur, me ad conſenſum magni viri prouocare, qui longe a me diſſideat, hactenus contraria meorum conſtanter docuit, vt cuique parti corporis humani proprium eſſe, ſuique generis, ſtamen defenderet. Mihi vero, praeter fibram muſculoſam, et medullarem nihil occurrit, ſatis notis dotibus a celluloſa tela diuerſum.

---

## SECTIO IV.

### ADEPS.

Pag. 25. l. 12. *poſt* attrahuntque *adde* Nunquam autem potui in his cellulis diſcrimen videre, niſi volueris laxiorem telam, magisque vicinam cuti adipoſam vocare

p. 22. *a*) *lege* Cl. FOVGEROVX.

*a**) Ill. de la SONE in Comm. Acad. Reg. Scient. Pariſ. ann. 1751.

p. 22. *h*) *poſt* 46 *adde* et SARCONE *Vajuolo* p. 67. 68. Mihi tribuit inuentum non blandus homo in T. I. *praelect.* p. 128. Cl. MARHERR. Huc et LOESEKE *phyſiol.* p. 21. et ROBERT *per. ver.* p. 75. et fere Cl. VAN GEVNS *de vita*

vocare, et celluloſae nomen ei ſeruare, quae filis fere absque laminis fiat, eademque tota macilenta ſit. Nam et certus ſum, adipoſa laxa ſpatia cum tenerrimis filorum interuallis communicare, vt aër de pectoris vulnere exiens inter oculi tunicas ſibi viam aperiat, et gelatinam perinde in adipoſis magnis cellulis vidi, natium exemplo, vt in tenerioribus ſpatiolis.

pag. 25. l. 24. *poſt* diſtinguit *adde* quem nuper et aliqui Angli ſequuntur.

p. 26. l. 19. *poſt* HOFMANNO *adde* Sic inſectis pinguedo rotundis fere globulis fit.

p. 27. l. 5. *lege* absque conſpicuo adipe.

ibid. l. ead. verticales *lege* caluae ſubiectas.

ibid. l. 7. In piſcibus tamen marinis - - - cerebrum natat *lege* Neque enim hic de adipe mihi ſermo eſt, qui plurimus ad ignem de cerebro ſtillat: et quod oleum in piſcibus duram inter cerebri matrem, et cerebrum plurimum reperitur, id a cerebri humani natura in vniuerſum longe diuerſum eſt.

p. 28. l. 2. *lege* et buccinatorem etc.

p. 29. l. 7. *poſt* amiſit *adde* In auibus aquaticis, et in ſtruthio camelo fluidus adeps eſt, vt huc illuc concutiendo agi, et omnis per vnum cutis vulnus educi poſſit. In vrſo, certe boreali, pene fluidus eſt. Fulica fluidum oleum in faciem hoſtium exſpuit.

ibid. l. 10. *poſt* incipit *adde* cui tamen mollior, quam aliis herbiuoris, adeps eſt.

ibid. l. 15. *poſt* CARDANVS *adde* Quibus totus adeps ſebaceus eſt.

ibid. l. 22. *poſt* cogitur *adde* Femur militis in cartilagineum pene adipem degenerans nuper deſcripſit I. WILDRICK *l**).

p. 30. lin. 2. *poſt* tranſit *adde* Inſectorum adeps granoſus eſt *o**).

ibid. lin. 11. *poſt* feruet *adde* Maiori calore bouis adeps eget, vt fluat, minori equi adeps; iterum minori felis, vt animalis carniuori.

ibid. l. 13. *poſt* fluit *adde* et in morbis malignis perinde olei in modum manat.

ibid. l. 15. *poſt* corroſurus *adde* Nupera aliqua per experimenta Neapoli facta valde volatilis, totus viſus eſt de vitris difflari, vt etiam per poros tranſiiſſe videretur.

p. 31. l. 18. viridem *lege* rubrum.

p. 32. l. 12. *lege* quare adeps et medulla ſero putreſcat.

ibid l. 13. quod *lege* cuius pars.

pag.

*l**) *Hedend. letter-Oefening.* IV. n. 2.

*o**) CAROL. DE GEER *Mem. pour ſervir a l'hiſtoire des inſectes,* II. p. 2. p. 713.

pag. 32. l. 15. *poſt* experimenta *adde* Magnam partem adipis in pus abiiſſe, nuper SCHREBERVS vidit z*), et de parte puris fatetur BORDEV, etſi ſuccos albuminoſos admiſceri pinguibus non repugno.

p. 36. l. 13. *poſt* conatu *adde* impulſum.

p. 37. l. 24. *poſt* dedi *adde* Ex menſibus repreſſis, in ſcorbuto frequens eſt, ſanguinem macularum ſpecie per vniverſam corporis ſuperficiem effundi, et denique manare, et ſub epidermidi paſſim, et per internas veſiculae felleae, ventriculi, et inteſtinorum membranas. Latius etiam effundi vidi aliquoties aut a dato arſenico, aut a repetito vſu antimonii emetici, vt late in ventriculo ſub tunica muſculari in celluloſa ſecunda ſanguis effuſus rubentes *) in manibus conſiſteret.

p. 38. l. 21. *poſt* oberrat *adde* quod ſaepe vidi, et ſuo loco dicam.

ibid. l. 24. *poſt* contigit *adde* mihique aegre ſperabilis videtur.

ibid. l. 26. *poſt* RVYSCHIVS *adde* In vrina, quae de ſanguine ſecedit, adeps minime rarus eſt, in renum tabe, et in lue venerea.

p. 39. l. 8. *poſt* animi *adde* et tranquillitas *r**).

ibid. l. 14. *poſt* notum eſt *adde* Sic boues, quibus fatigatis oſſa absque medulla fuerant, eam quiete recuperant.

ibid. l. 22. *poſt* arcentur *adde* Veteribus modus erat notiſſimus, quo corpora redderent ex aridis luculenta. Ferulis percutiebant eas partes, quas volebant craſſeſcere *e**). Id ad laxatam telam celluloſam refero.

ibid. l. vlt. *poſt* rapidae ſint *adde* Qui obeſiſſimus obiit, virili tamen demum aetate id adipis incrementum ſenſerat *e***).

p. 40. l. 9. *poſt* ſaginant *adde* Alii venae ſectioni purgationem addunt *h**).

ibid. l. 20. *poſt* congerat *adde* Potentius etiam adeps obeſitatem adiuuat *l**).

p. 41. l. 13. *poſt* plenum eſt *adde* Opium etiam in aqua diſſolutum, et ſub cutem impulſum, ſoporem exitauit, quem ſolet per os aſſumtum, vt vim ſtuporiferam in venas reſorberi neceſſe ſit *p**). Adeo vehemens huius medicamenti actio in venis fuit, vt eam ſuperaret, quam deglutitum exercet, et beſtiolam occideret.

Aër ipſe ſub cutem inflatus, aut in experimento, aut per vulnus, poſt aliquot dies, reſorbetur et euaneſcit.

pag.

z*) p. 559. (*Abbildungen der Saeugthiere*, vt equidem opinor; nam ipſe liber ad manus non eſt. Not. edit. hui. auct.)

*) *Videtur* rubens *legendum eſſe.* Not. edit. hui. auct.

*r**) FARRE *inquiry* 310.

*e**) GALEN. *meth. med.* XIV. c. 16.

*e***) BORDEV *malad. chroniqu.*

*h***) SLOANE *voy. to Iam.* préf. pag. LXXXIV.

*l**) HEWSON *inquiries*, p. 127.

*p**) MONRO *Eſſ. phyſ. and litter.* III. p. 310.

pag. 41. l. 21. *poſt* teſtimonio *adde* In Islandia ſebum ouibus iter facientibus diſparere adeo vulgo notum eſt, vt de decem ſebi libris quotidie ſelibram decedere lege ſtatuatur *y**).

Vniuerſi ſucci armentorum pariter per aeſtum factum exhauriuntur *y***).

p. 42. l. 5. *dele* aut in abdomen non modicas in glebas coagulabilis effunditur.

ibid. l. 11. *poſt* documentum eſt *adde* Nuper haec a non nemine *h**) reiici non ignoro, videntur tamen certa habere teſtimonia. Sed in abdomen etiam adipem effundi RVYSCHIVS, idoneus teſtis eſt, quando equi vehementi curſu defatigati fuerant. (Huc etiam ſpectat not. *g.*)

ibid. l. 23. *poſt* adeps eſt *adde* Boues a lue epidemica, quae maligna peripneumonia putridi ingenii eſt *i**), et oues ab hepatis corruptela miſere emaciantur, vt ne medulla quidem in oſſibus ſuperſit. A dyſenteria ſubito adeps diſparuit *i***), et in diarrhoea pingui boum, quae in Gebennis ſaeuiit. A copia puris, a longa gonorrhoea, enormem macilentiam FACVNDINVS ANGELINVS vidit *i****).

ibid. l. ead. *dele* Ergo.

ibid. l. vlt. *poſt* oſſibus *adde* Colica pictonum carnem omnem conſumſit *o**), vt ſolae membranae ſupereſſent.

p. 43. l. 6. *poſt* natarent *adde* perinde vt equis, ſed et vomitu idem reiectus eſt *u**).

ibid. l. 10. *poſt* hydrargyri *adde* et ſaponis, a quo 28 libris hominem lego leuiorem factum.

ibid. l. vlt. *poſt* inanes ſunt *adde* Mures montani, quando auctumno quieti ſe dant obeſi, macilenti de latibulis prodeunt, ſic vrſi et teſtudines.

p. 44. l. 2. *dele* Non inde continuo - - - certe reſumi.

p. 45. l. 23. *poſt* denudatis *adde* deinde in peſte Maſſilienſi idonei teſtes.

p. 46. l. 15. pectorali *lege* peritonaei

ibid. l. ead. *dele* prior illa

pag.

*y**) OLAFSEN I. p. 189.

*y***) LISLE *agricult.* II. p. 10.

*h*) *poſt* 57 *adde* Adipi ſimilem materiem eſſe. GVERINIERE *Ecole de Cavall.* II. p. 150.

*h**) GARSAVLT, p. 205.

*i**) SAVVAGES *ſur les malad. des beſtiaux*, p. 112.

*i***) DEGNER p. 18.

*i****) *Venae ſect.* p. 28.

*m*) *lege* LISTER *de variol.*

*o**) *de* HAEN *colic. pict.* p. 110.

*v**) GESNER *Samml.* I. p. 177.

p. 48. excitauimus *in textu adde* not. *t**) Id. p. 85.

pag. 48. l. 6. *poſt* reparent *adde* Viſa enim ſunt animalia cum ſua pinguedine de latebris prodiiſſe, et ipſi ſubinde vrſi.

p. 49. l. 6. *lege* ab vllo quadrupedis oſſe etc.

ibid. l. ead. *poſt* crediderim *adde* Leonis oſſa, contra veterum opinionem, habent medullam *b**). Onocrotalo nullam eſſe, et in aliis auibus alte volantibus, certum eſt, quarum oſſa aëre replere neceſſarium fuerit. Nulla in teſtudine erat, cauſam ignoro *b***).

ibid. l. 12. *poſt* oſtendetur *adde* In oſſibus enim fere meram lixiuioſam naturam reperimus.

p. 50. l. 10. *poſt* 500 *adde* 565, 569

ibid. l. 11. *poſt* 600 *adde* et 609 et demum ad 800

ibid. l. ead. *poſt* ad *adde* 2540 *r**)

ibid. l. 12. *poſt* 2800 *adde* et 3520 *t**)

ibid. l. ead. *poſt* pondus eſt *adde* Sus non magnum animal ſupra 600 libras *t***).

ibid. l. 20. *lege* viui ſuis

p. 51. l. 19. *poſt* vidit *adde* In femore duro adipe pleno muſculi euanuerunt *i**).

ibid. l. 24. *poſt* ſcripſi *adde* Pluſcula autem ſunt exempla hominum, quibus adipis vis fibras muſculares ita eliſit, vt lacerti in fibras diſſoluti quaſi euaneſcerent *l**). In fetibus, quibus artus ſuperflui aliqui acceſſerunt, frequenter pro carne merus adeps repertus eſt.

p. 52. l. 1. *lege* nimis ſaepe

ibid. l. vlt. *in fine adde* atque renum vlcus.

*b**) L. *a* CAPOA *raggionam.* V. p. 153.
*b***) CALDESI *delle tart.*
p. 49. not. *c*) *lege* 119.
*r**) STATIVS MÜLLER *ſuppl.*
*t**) YOVNG *Eaſttour* p. 81.
*t***) MÜLLER ib.
p. 51. not. *i*) *poſt* defectu *adde* et in *Eph. Nat. Cur.* Vol V. Obſ. 149.
*i**) WILDRICK *Hedend. letter-Oefen.* V. 2.
*l**) *Verhand. der Holl. Maatſchapp.* T. XLII. 2. *Mémoires préſentés à l'Acad. des ſciences*, T. VI. p. 301.

ELEMEN-

# ELEMENTORVM PHYSIOLOGIAE

## *LIBER SECVNDVS.*

## VASA.

### SECTIO I.

#### ARTERIAE.

Pag. 53. l. 12. Nam *lege* Num
ibid. l. 13. ſunt *lege* ſint
ibid. l. 14. *poſt* fluunt *adde* de eo nuper dubitatum eſt.
ibid. l. 16. De plurimis nunc omnino inſectis - - - - parallela includantur *lege* Vaſa quidem in multis inſectis Cl. viri viderunt, in ephemerae branchiis, et in alio inſecto Ill. *de* GEER *b*). Vidit in verme marino, nereide, et arterioſa vaſa, et venoſa Ill. MÜLLERVS *c*), vidit in cochlea LISTERVS. In cimice vas vniuerſi corporis longitudine, ramoſum LEDERMÜLLERVS depinxit *c**), et in capite chryſalidis *c***), et in ſerpentulo aquatico *c****): in animalculis hepatis ouilli vaſcula adeſſe videntur, etiam in BIDLOI iconibus expreſſa.

Neque ideo poteſt diſſimulari, poſt multa vaſorum ramoſorum in inſectis viſorum teſtimonia, valde fiduciam noſtram a *Petro* LYONNET *c*†) labefactari, qui admirabili induſtria erucae anatomen deſcripſit. Diſerte enim negat, ſe vaſa veri nominis in hoc animali vidiſſe, qui pleniſſime tantillae beſtiolae fabricam perſecutus ſit. Nullum certe ſanguinis circulum in multis animalibus eſſe Ill. FONTANAE eſt ſententia *c*††): neque negari poteſt, in multis vermibus aquaticis cor longum conſpicuum eſſe, nullos tamen ramos conſpicuos inde prouenire. Sic alter peritus inſectorum contemplator negauit, ſe aut in rotifero animalculo, aut in inſectis vaſa reperire *c*†††). Eam litem ſenex et infirmus conficere nequeo.

 Id

*b*) *lege Memoir.* II. P. 2. p. 647. 697.
*c*) *lege Waſſerwürmer*, T. VI.
*c**) *Microſc. Beluſt.* II. T. etc.
*c***) *Beluſtig.* II. T. 75.
*c****) Ib. III. T. 27
*c*†) *Chenille du Saule.*
*c*††) *Viper.* p. 146. 147. etc.
*c*†††) SPALANZANI *Opuſcoli* II.

Id tamen video, quoties alii docti viri corpus aliquod viderunt, non viderunt alii, in vniuerſum affirmantium partes potiores eſſe. Facilius enim oculos aliquid fugerit, exiguum potiſſimum, quam ſe obtruſerit, quod nullum fuerit.

pag 50. l. vlt. *dele* in anulis

pag. 54. l. 7. *poſt* ineſſe *adde* Et in vniuerſum nulla eſſe vaſa putes, vbi cor nullum eſt.

p. 55. l. 22. preſſione *lege* aequalibus preſſionibus

ibid. l. penult. *dele* quod

ibid. l. vlt. *lege* reprimeretur

ibid l. ead. *dele* exemplo aortae in lumbis et pectore

ibid. l. ead. *dele* quod

p. 56. l. 5. *lege* Venoſa in dura meninge receptacula

ibid. l. 10. *lege* quam primum cera repletur

ibid. l. 17. *lege* aneuryſmatum verorum

p. 57. l. 6. *lege* et in exitu de pericardio reperio.

ibid. l. 10. *lege Petrus* SENAC, *et adde* in ſalamandra vir perſpicax *Laz.* SPALANZANVS.

p. 58. l. 20. quae *lege* quare

ibid. l. 21. decreſcunt *lege* decreſcant

ibid. l. 28. *poſt* ratione *adde* Demum ſi aliqua ſedes arteriae a corde remotior multo, quam ea, laxior fuerit, quae cordi continuatur, fieri vtique poterit, vt arteria eo latior ſit, quo longius a corde recedit: id mihi in pulli aorta viſum eſt, qui ouo continetur, cuius aorta alba et firma ex corde prodit, in abdomine laxa, rubra et debilis eſt, et mihi latior videtur.

p. 59. l. 2. *adde* Erit et his locus.

p. 61. l. 1. *dele* absque pinguedine

ibid. l. 11. *poſt* redditur *adde* quam remotis celluloſis filis in rectitudinem reſtituas.

p. 63. l. 8. *adde* In maioribus animalibus, vt aliae, ita haec celluloſa tela tendineam faciem habet.

p. 65. l. 16. *adde* ab *Alex.* MONRO ſen. *r**)

pag.

p. 55. not. *y*) *adde* POLEN. *epiſt. mathemat.*
p. 56. not. *a*) *adde Mem. de Berlin*, 1755. p. 34.
p. 62. not. *b*) Tom. *leg.* Tab.
p. 64. not *x*) *adde Oper. min.* I. p. 229.
ibid. not. *y*) *adde Oper. min.* I. p. 375. ſeqq.

*r**) ALBINI nomen in noua editione omiſſum eſt, quod tamen equidem typographi incuria potius, quam Auctoris ſuaſu factum putauerim. Not. editor. hui. auctar.

pag. 65. l. 17. *poſt* intimam *adde* potiſſimum
pag. 68. l. 17. A celluloſis filis haec vaſcula vndique reuinciuntur,
ibid. l. 24. *adde* a capſularibus
ibid. l. 26. *poſt* vbique *adde* in brachio, et pede ex brachialibus et cruralibus.
p. 69. l. 26. *lege* ſiue in tertiam quinti paris propaginem ſe immittit *m*).
p. 70. l. 7. debilis *lege* debilior
ibid. l. 9. *poſt* demonſtrauit *adde* Senſu arterias olim carere GALENVS, et noſtro aeuo ſatis conſentitur carere.
ibid. l. 10. *poſt* portione *adde* neruos
ibid. l. 11. *poſt* colligi poteſt *adde* et ex paruitate lacertulorum muſculoſorum, quos adeunt
ibid. l. 13. *lege* dum arteriam ſolam, et absque neruo, vinculo adſtringebam *n*).
ibid. l. 15. *adde* Arterias minores, et arterias animalium frigidorum, muſculoſis fibris deſtitutas, nulli ſtimulo obſequi omnino videtur. Quî enim muſculoſam vim in arteria admittas, vbi nullus ſit muſculus.
ibid l. 26. *poſt* collabitur *adde* aut certe lumen apertum arteriae diminuitur, demumque claudi putatur *p**),
p. 72. l. 10. *adde* Nondum tamen inde euictum erit, num elateri ſoli obediant, num omnino ad muſculorum modum conſtringantur. Certum enim eſt, multis a morte diebus arteriam, dum humida ſit, ita ſe contrahere, vt inciſa ceram mollem, qua repleta fuerit, expellat, quae vermiculi ſpecie per vulnus prodit.

Quare experimenta oportet conquirere, per quae de hac lite definiatur. Nunc ſi de conſpicua contractione quaeritur, quae ferro etiam, aut alia irritatione mechanica cieatur, mea quidem experimenta arteriam ad omnes eos ſtimulos ſurdam faciunt.

In arteriis maioribus, potiſſimum etiam cordi continuis et vicinis contractionem facilius admittas. Non vidi, non vidit Ill. CALDANVS, non Cl. IADELOT *l**), non alii curioſi viri. Vidit tamen Cl. VERSCHVVR ſaepe quidem ſurdas ad ſtimulum arterias, nonnunquam tamen obſequioſas, vt ferro, veneno, ſcintilla electrica percuſſa, eroſa, inciſa, volſella demum comprehenſa arteria ſe conſtringat. Huc etiam experimenta referas SPALANZANI et VERSCHVVRII, in quibus, dum diſſecabatur, arteria ſe contraxit.



p. 67. not. *h*) Tom. *lege* Tab.

p. 70. not. *n*) *adde* Idem eſt teſtimonium Cl. BROMFIELD *chir. obſ.* p. 162. POVTEAV et olim GALENVS add. FONTANA *Mem.* p. 261.

*p**) AITKIN et WHITE ad quartam partem KIRKLAND.

p. 71. not. *e**) *adde* In *oper. min.* I. exp. 219. ad 230.

*l**) *Journ. med.* 1773. Févr. et in libello.

Ex ea ergo lege, quae affirmantium experimenta paribus negantium experimentis potiora ſtatuit, putes, in arteriis magnis, quarum fibrae circulares manifeſtae ſint, vim eſſe inſitam; non perpetuo conſpicuam, non alacrem, non validam, quae ſit paucarum fibrarum, ſed aliquam tamen, ſi omnino, vt ego quidem malo credere, experimenta Cl. Iuuenis absque partium ſtudio, et absque videndae contractionis cupidine inſtituta ſunt. Bulbus certe aortae pulli, qui in ouo eſt, manifeſto contrahitur.

Deinde ſi quaeratur de contractili vi inconſpicua, quae oculis ſe ob debilitatem non offerat, vt tamen ad eam admittendam ex cauſis ſuis te deduci patiaris, omnino vbicunque fibrae ſunt muſculares, ibi vim contractilem eſſe putes, cum absque ea fibra muſculoſa cogitari nequeat, etiam quando eius teneritudo, et debilitas conſpicuo motui ciendo non ſufficit.

Pleraque frigidorum animalium arterias omnino tamen vi contractili deſtitui videtur*). Centies vidi, inciſam ſubtili ictu lanceolae arteriam aliquam meſenterii ſanguinem profudiſſe: nunquam autem ea rima vllo modo aut ſe contraxit, aut viciſſim retractis labiis hiare viſa eſt. Nobiscum ſentiunt SPALANZANVS et GALENVS *l***). Sed hae arteriae, vt in parua beſtiola, ſunt de maximis *l****).

Conuulſionum, quas non raro nuperi arteriis tribuerunt, nullum certum teſtimonium extat. Sic inflammationem *l*****) a ſpaſmodica contractione vaſorum minimorum deriuarunt, contractionem ab acribus: verum hypotheſin vtique docuerunt, experimenta ei e directo contraria videntur praeteruidiſſe.

pag. 72. l. 19. *lege*, Archiater Regius.

p. 73. l. 4. *lege* et aliquando inferius pondere libr. 131. vnciarum 10.

p. 74. l. 13. *lege* quae ſe facilius extendi patiuntur.

ibid. l. 20. *poſt* apparet *adde* Neque absque exemplo eſt, eo loco aortam, etiam absque vlla praegreſſa dilatatione, ruptam fuiſſe. Sed etiam femorales arteriae, et coronaria, et varii rami carotidis, etiam in facie, paſſim rupti fuiſſe leguntur. In varioloſo corpore arterias coronarias ruptas vidit Ill. LIEVTAVD *p**). Deinde arteriae flexuoſae facilius ab aneuryſmate diſtenduntur *p***), vt

*) *Legendum eſt, vt opinor*, Plerorumque frigidorum animalium arteriae omnino tamen contractili vi deſtitutae videntur. *Not. edit. hui. auctar.* (GABLER videtur in textu legendum eſſe. *Not. edit. hui. auct.*)

*l***) *De tubulis capillaribus*, Ingolſtad. 1774.

*l****) *Oper. min.* I. p. 88. experimenta omnino 14.

*l*****) WHYTT *nervous diſordres*, p. 63. 227.

*p**) *Sepulchr.* II. p. 20.

*p***) BIVMI *obſ.* 10.

vt ſplenicae *p****), et eadem rumpitur *p*****): ſic aneuryſma tibialis arteriae ruptum *p*†). Animalibus in vniuerſum multo robuſtiores arteriae ſunt, quam homini, maioribus potiſſimum, vt vaſa exigua teſtis equini pene cartilaginea ſint duritie. In ipſo tamen equo frequentia ſunt arteriae meſentericae aneuryſmata *p*††), et idem ſanguinem per nares, os, et penem amittit *p*†††).

p. 75. l. 28. *poſt* oſtendi poſſunt *adde* Ipſe demum in cartilaginum ipſarum epiphyſibus intimis arterias trium generum vidi, quarum aliae ex arteriis rectis corporis oſſis per hemiſphaerium vaſculoſum in cartilaginem epiphyſeos late penetrant: aliae ex nucleo oſſeo vndique exeunt, cum prioribus inoſculatae: aliae demum ex arteriis ſuperficialibus per puteolos in epiphyſin ſe demergunt.

p. 76. l. 7. *dele* ex multis

ibid. l. 21. *lege* ſubiectum os

p. 77. l. 22. *adde* quae in animalibus, et demum in plantis pariter dominatur.

p. 78. l. 11. *poſt* 102 740 *adde* nimiam, cum aorta oriens in adulto certe homine aliquando latior ſit:

p. 79 l. 15. 133 *lege* 123.

p. 80. l. 3. *lege Petrus* SENAC

p. 81. l. 17. *poſt* poſuit *adde* qui 23 diuiſiones ſibi ſumſit

ibid. p. 25. *adde* Vltimae arteriae diameter facile definitur, quae paulo maior ſit globulo ſanguineo, paulo inquam, cum nonnunquam hi globuli aegre per arteriam minimam viam ſibi aperire videantur: globuli ſanguinei diametrum alibi dicemus.

p. 82. l. 4. *lege* purgando in ſemirectos abeunt.

ibid. l. penult. *lege* ſub angulo

p. 84. l. 10. *poſt* oculares *adde* Ita poſt curatum aneuryſma, et ligatam arteriam brachii, cum ramus aliquis minor, trunci nunc dignitatem conſecutus, ſanguinem omnem a corde ad manum veheret, is ramus mire flexuoſus factus eſt, qui prius rectus erat. Ita vteri arteriae in virguncula rectae, in femina nunc adulta flexuoſae ſunt.

pag.

*p****) *Giorn. de' letter.* XI. n. 1. BEAVSSIER *Journ. med.* 1770. Févr.

*p*****) *Giorn. de' lett.* l. c. et ſanguis funeſto euentu in abdomen effuſus: iterum eadem poſt pulſationes hypochondriorum rupta, *Att. fiſicocrit.* II. p. 196.

*p*†) WEIZ *Auszüge*, IV.

*p*††) BOVRGELAT *Elem. d'Hippiatr.* p. 316.

*p*†††) SIND *Stallmeiſter*, p. 376.

p. 81. not. *e*) *lege* SAVVAGES *de inflammatione*, p. 218.

ib. not. *g*) *lege* p. 21.

pag. 85. l. 15. *lege* perſpicitur

ibid. l. 16. *poſt* quae *adde* ab initio arteriae ad finem

ibid. l. 28. *adde* Non repugnat, ruptionem arteriarum et haemorrhagias per has ipſas flexiones caueri.

p. 86 l. 12. tum in homine - - - - in vnicum truncum coëunt, *lege* In auibus ex arteria pulmonali duo, non vnus, ductus arterioſi in aortam deſcendunt, et alter poſt alterum inſeritur. In piſcibus frigidis duo aortae trunci in deſcendentem aortam vniuntur. In homine porro arteria parietalis, minor equidem, coaleſcit ex ramo arteriae temporalis, et ex alio ramo arteriae occipitalis, in trunculum, qui per foramen parietale ſurculum in duram cerebri matrem mittit *d**). Vertebrales arteriae, notiſſima in ponte Varoliano vnione, in vnum communem truncum confluunt.

p. 87. l. 16. *adde* Hi frequentes arcus, quibus dextri trunci cum ſiniſtris late coaleſcunt, faciunt, ne poſſis nuperorum mediaſtinum, duasue corporis humani deſtinctas medietates admittere. Id vnum in ea hypotheſi verum eſt, quod in vertebris, inque ſterno, anaſtomoſes dextra inter et ſiniſtra vaſa anguſtiores ſint, interque minores ramos, vbique tamen innumerabiles ſunt, et in oſſe ſacro latiores.

p. 88. l. 10. Neque decuerat obſcuriores eſſe *lege* Minus notae ſunt.

p. 95. l. 3. *adde* Nuper demum *Lazarus* SPALANZANVS ſuis haec experimentis confirmauit. Vidit in animalibus frigidis modo pluſculas arterias in vnam venam confluere: modo, vt in branchiis ſalamandrae aquaticae, arteriam reflexam in venam abire vnici globuli capacem: in cauda ſalamandrae alias arteriam venae parallelam in eam tranſuerſos ramos mittere, et ramulum arteriae in venulam reflexum abire. Vidit ſanguinis modo vnicum globulum ex rubra arteria in primam venam tranſire: modo quatuor et quinque globulorum capax vaſculum ab arteria in venam continuari.

ibid. l. 8. *poſt* fuerint *adde* Primum reperio *Dominicum de* MARCHETTIS aquam de arteria in venam vrſiſſe.

p. 96. l. 11. *lege* Columna aquae vndecim pedum incumbens fecit

ibid. l. 12. idem Auctor *lege* Ill. HALES

p. 97. l. 13. *poſt* liquores *adde* de vaſis

pag.

p. 86. not. *d*) ſpectat ad verba: Duo trunci maiores — — — in vnam arteriam dorſalem confluit.

*d**) IANKE *foramin. caluar.*

pag. 88. recurrunt *in textu adde* not. *o**) Vide has arterias in TREWII lib. de *aneuryſmate*, apud LVDWIG de *varietat. vaſor.* POHL *obſ. angiol. de arter.* WHITE *caſes*, *Journ. de medec.* XXIX. p. 456.

p. 92. not. *q*) *adde* C. II. nempe in iecore, renibus, liene, pulmone.

pag. 97. l. 27. *adde* Cur vero cautus vir alioquin B. F. ALBINVS anaſtomoſes arteriarum cum venis a ratione, ab experimentis, ab autopſia refutari: a microſcopio, et ab iniectione vero vix confirmari ſcripſerit *t**), nondum omnino video.

p. 98. l. 12. *poſt* habeat *adde* Vidi in ranarum meſenterio, et SPALANZANVS vidit *a**).

ibid. l. 19. *adde* Verum ea de re alibi quaeretur.

p. 99. l. vlt. *adde* Cl. MECKELIO idem euentus non ſucceſſit.

p. 100. l. vlt. *lege* continuatum

p. 101. l. 5. *adde* Sudor ſanguineus minime infrequens *n**). In vniuerſas celluloſas telas in ſcorbutico *n***) cruor exit.

ibid. l. 8. *lege* Pauciſſimas

ibid. l. 13. *adde* In febre regionum feruidarum CARLI ipſe per os, nares et aures *p**) ſanguinem amiſit.

ibid. l. penult. *poſt* cauſis *adde* incitatus

p. 102. l. 20. *dele* papillae, quae mammae praeponitur.

ibid. l. 23. *lege* Secundi generis exhalatio, in qua

p. 103. l. 13. *adde* Vaſa exhalantia angulum cum vaſe, in quod ſanguis impellitur, obtuſum facere Cl. SWEDIAVER, cum reſorbentque obtuſus eſt, neſcio an ad naturam *b**).

p. 105. l. 20. *poſt* erumpebat *adde* Eaedem ſanguinis effuſiones peculiarem febris flauae characterem conſtituunt.

p. 106. l. vlt. *poſt* ſecuti ſunt *adde* A thermarum vſu in rheumatiſmo, cum bonis aegri rebus, globuli ſanguinei vndique de cute exſudarunt: et in aeſtuoſo Africae aëre idem ſudor collegae noſtro Cl. ADANSONIO moleſtus erupit.

pag.

*t**) *Nat. hom.* p. 32.

*a**) *Mot. ſangu.* p. 41. 53.

p. 99. not. *i*) *lege* obſ. 17.

p. 100. not. g) *lege* 168.

p. 101. not. *h*) *adde* Lacrumae ſanguine tinctae infantis *Fr.* TRENEK *diſp.* Witteb. 1768.

*n**) ESCHENBACH, *obſ.* p. 42.

*n***) LIND *fever and infect.* p. 285.

p. 101. not. *p*) *adde* LIND *health of ſeamen*, ed. 1774. p. 55. et olim LABADIE *de la peſte* per os, nares, aures, vterum, penem, oculos, ſudorem, venam ruptam, varicem ruptum, mammas fluxiſſe vidit ſanguinem.

*p**) *Rilaz. del viagg.*

p. 102. not. *u*) *lege* L. penultimo, quo

*b**) In diſp. *de theſaur. anat.* n. 59.

pag. 107. l. 18. *adde* Sanguinem per porum faciei in formoſa et docta virgine exſiliiſſe noui, alii per digitorum, perque cutis capillatae poros.

p. 109. l. 4. *adde* Ex arteria ſpermatica liquorem in vaſa aquoſa traiici apud SOGRAPHVM *c**).

ibid. l. 9. *adde* et a nobis.

p. 110. l. 9. *poſt* Nempe *adde* omiſſis venis per totum corpus exſanguibus, quas EMPEDOCLES dixit.

p. 111. l. 16. *lege* inflammato eodem

ibid. l. 22. *lege* arteriae

p. 112. l. 20. *adde* SKETONO *o**), BRAMBILLAE *o***), aliis

ibid. l. 25. eo *lege* quoque

ibid. l. 27. eos *lege* tenues

p. 113. l. 4. *lege* in vaſa rubris minora

p. 114. l. 6. *lege* Sed ne hos quidem globulos ſatis tenues eſſe pergebat,

ibid. l. 23. *poſt* lentis *adde* rubrum ſuccum vehere probabile fit

p. 116. l. 3. *adde* Deinde cum in piſcibus, inque cephalo facilius, vaſorum pulcherrimorum rete contemplarer, quod vitreum corpus ambit, manifeſto vidi, nudo oculo inconſpicuum, idem tamen microſcopio adhibito non ſolum facile diſtingui, et a trunculo centralis retinae arteriae per vtramque vitreae membranae conuexitatem numeroſiſſimis ramis ſpargi: ſed veris rubris vaſis fieri, quae pallent, et tamen rubros omnino globulos vehunt. Quare omnino nullo errore loci opus eſt, vbi vaſa pene pellucida oculum fugiebant, vt nunc rubra vaſa ſint: ſufficit aut acriorem oculum adhibere, aut ſanguinis aliquando plus in ea vaſa vrgere, quae dudum, ſed parcum ſanguinem vehebant.

p. 117. l. 12. per *lege* praeter

ibid. l. 21. *poſt* videntur *adde* ſiue venas potius claudi putes, vt refluxus ſanguinis inhibeatur, dum a corde acriter ſanguis per arteriam vrgetur.

p. 118. l. 27. *poſt* venire *adde* qui ne prima quidem et flaua ſine illata violentia ſubire poſſet.

p. 119. l. 11. vrgentis *lege* vrgente

ibid. l. 24. quae *lege* quare ea

ibid. l. 29. decimas *lege* vigeſimas

SECTIO

p. 108. not. *q*) *adde* alter finis arteriae eſt in vas lymphaticum PARENT. *dialog.* p. 55.

*c**) *Theor. lymph.*

*o**) *De ophthalm.*

*o***) *De phlegmone* p. 13.

p. 112. not. *r*) *adde* BRAMBILLA

## SECTIO II.

### VENAE.

Pag. 121. l. 5. *poſt* exoriens *adde* In nereide et magna arteria, et eadem in venam reflexa adeſt cum ſuis ramis venoſis *c***),

ibid. l. 6. *adde* aſtaco.

ibid. l. 8. *poſt* arteriarum *adde* ſi omnino nobis licet in fabrica inſectorum arterias nobis ſumere *d***).

p. 122. l. 2. *poſt* haberent *adde* nempe, vt putabant, hepar:

ibid. l. 21. ſpinas neruoſa *lege* ſpinam dorſalem

p. 123. l. 12. *poſt* cylindricae ſint *adde* Vnicum enim globulum certiſſime vehunt, vt in rete venoſo meſenterii ranae et bufonis manifeſtiſſime vidi *f**), vti SPALANZANVS pariter vidit

ibid. l. 14. aut *lege* vt

ibid. l. ead. Facillime autem - - - apparent *lege* Cylindricas ergo neceſſe eſt, quarum conſtans menſura globulus ſit *g*). Longe cylindricae ſunt venae potiſſimum cutaneae, quae magnum ſpatium absque ramis emetiuntur, ſaphenae, cephalicae, hepaticae exemplo.

ibid. l. 24. *lege* ea inſigniter minus eſt

p. 124. l. 11. *lege* virorum.

ibid. l. 23. *lege* ſanguinis congeſtione

p. 125. l. 2. Vti vero contractio - - - - longitudinem ſequuntur *lege* Inde, in nuperioribus experimentis, etiam in vena pulmonali contractionem vidi, quae cum diaſtole alternas vices ſeruaret.

In nulla alia vena aut ſponte, aut per irritationem, excitatum motum vidi, tot in experimentis. Qui vidit, ab irritatione natum, in iugulari, aliisque venis Cl. VERSCHVVR, fatetur ſaepe tamen ſibi nullam apparuiſſe. Quare memor, me fibras carneas in venis nullas reperire, nondum auſim modum aliquem inſitum in venis recipere. In animalibus frigidis nulla demum venarum vis eſt contractilis, ſi a caua recedas. A veneno quidem chemico tactae vtique conſtringuntur: verum ea contractio non pertinet ad motum vitalem

D 2

c**) PALLAS *miſcell.* p. 130. MÜLLERVS venam et arteriam habet *Waſſerwürmer*, p. 126.

d**) vid. Auct ad Libr. II. Sect. I. p. 19.

p. 121. not. *i*) *adde Somn.* et *vigil.*

*f**) *De mot. ſangu.* 15.

lem muſculoſum, qui perinde integris a vera morte diebus elapſis excitatur, dum vena humecta ſit.

pag. 125. l. 14. *lege* Huic iterum extimae membranae

ibid. l. 15. Huic membranae - - - pariter, *lege* Magnae venae alicui membranae incumbunt, vt pleurae, pericardio, peritonaeo: ea membrana pariter,

ibid. l. 18. *lege* deſerturam continuo venam, quando ea muſculum adiit, aut viſcus.

p. 126. l. 3. Quae de venarum irritabilitate hoc loco Auctor dixit, in noua editione deſunt.

ibid. l. 27. *lege* quae ad craſſitiem etc.

ibid. l. 28. *lege* ad ſuum pariter fluidum comparata, in ea ratione eſt, quae eſt etc.

p. 128. l. 15. *lege* ſanguinem

ibid. l. 17. *dele* et millecuplo

ibid. l. ead. *poſt* auctiorem *adde* Varix in cubito capiti humano aequalis *m**).

p. 129. l. 20. *lege* arterias

ibid. l. vlt. In minime deformi - - - - ruptam fuiſſe *deeſt in noua editione.*

p. 130. l. 3. *poſt* haemorrhagia *adde* vt nuper in domeſtica femina vidi. A retentis menſibus vena ſaphena *g**), poplitea et cutaneae venae et aliae, etiam cum bonis aegrae rebus, rumpuntur. Frequenter ſatis reperi, venam cauam in pericardio *g***), et alibi, et ſupra hepar, tum ſaphenas, iliacas, venam portarum diſſiluiſſe. CAROLVS XI cum amico ab vrſo periclitanti ſubuenire properaret, venam rupit *g****). Ex rupta vena mors inter choreas, ſanguine in abdomen effuſo *g*****).

ibid. l. 5. *poſt* mors *adde* Sic a vena caua *k**), ſaphena *k***), iliaca *k****).

ibid. l. penult. *poſt* impetu *adde* nata.

p. 131. l. 12. *poſt* viſa eſt *adde* et in diuerſis exemplis fuit aorta 52, vena caua 57, aorta 15, vena caua 25, vena caua 56, aorta 41.

pag.

*m**) *Med. obſ. and enquir.*

pag. 129. not. *e*) haec *lege* hic *et adde* Act. Mogunt. p. 531. *Ceterum haec nota ſpectat ad verba:* Venarum ruptiones - - citabo.

ibid. not *f*) 278 *lege* 78.

*g**) FABRIC. *Sciagraph. Butisbac.* p. 16. WEPFER *Apoplex.* p. 26.

*g***) SALZMANN in diſp.

*g****) ROBINSON, p. 238.

*g*****) SMET. *miſcell.* L. X.

*k**) *Petrus* ORTESCHI *Giornale di medic.* II. p. 217. ſub diaphragmate, HAEN XI. p. 2.

*k***) *Journ. med.* 1762.

*k****) TARGIONI *Obſ.* p. 45.

pag. 131. l. 20. *poſt* 16 ad 9 *adde* alias cum parua eſſet 55 ad 52.
p. 132. l. 9. *dele* Arteriae cruralis rationem - - - rationem ſeſquialteram.
ibid. l. 18. *adde* et alias diam. et 103 vt 33 ad 14.
ibid. l. 23. *lege* renalem venam ſiniſtram
ibid. l. vlt. *poſt* 16 *adde* vti 22 ad 35
p. 133. l. 24. *adde* Minimae venae arteriis non maiores ſunt, neque potuerunt, cum arteriolae et venulae, vt certo vidi, vnicum globulum transmittant.
p. 134 l. antepen. quo venae, *lege* venae in quo
ibid. l. penult. potuerint *lege* non poſſent.
p. 135. l. 28. *Verbis* „In vniuerſum, venae mihi minus etc." *noua orditur paragraphus, quae* „Alia diſcrimina" *inſcripta eſt.*
p. 136. l. 17. *lege* In venis
p. 138. l. 1. *poſt* reiecit *adde Hippolytus* BOSCVS negat ſe reperiſſe.
ibid. l. 14. *poſt* fuit *adde* Anno CIↃIↃLXXXII ſibi viſas eſſe *Henricus* SMETIVS.
p. 139. l. 12. *lege* prima
ibid. l. 21. *dele* et in valuulis - - inprimis breuiora.
ibid. l. 22. *lege* cum antiquiori littera C. comparata
ibid. l. 28. *poſt* lacerari *adde* eas,
ibid. l. 29. *poſt* valuulas *adde* laceras
p. 140. l. 1. et minori de circulo *lege* et pars minoris circuli.
p. 146. l. penult. *lege* raro
p. 147. l. 9. *lege* pari
ibid. l. ead. *dele* Deinde non adeo - - apparent
p. 148. l. 2. *lege* vel ab eo remotiores
ibid. l. 7. *lege* In venis intercoſtalibus
ibid. l. 16. *lege* ſed nec in homine
p. 150. l. 20. *adde* et ductus galactophori mammarum.
ibid. l. 22. *lege* eos fruſtra etc.
p. 151. l. 4. *poſt* caueis *adde* ex ipſis veſiculis ſeminalibus *s**)
ibid. l. 13. *poſt* oſtendemus *adde* Sed etiam ex celluloſa tela vndique venae reſorbent. Primum enim a venis in eam celluloſam telam via liberrima eſt, in quas impulſa aqua facillime, tamen etiam ſebum calidum, adeps porcinus, hydrargyrus, gluten piſcium, aër demum viam ſibi aperiat *t**).

Eam autem viam a cellulis in venas ducere, natura ipſa venae demonſtrat, quam alibi euincemus, et quae a corporis ambitu ad cor, non vnquam contra-



pag. 147. not. *b*) *lege* IX.
*s**) MECKEL *obſ. nou. de vaſis lymphaticis.*
*t**) p. 40. 44.

rio ductu humoribus vehendis patet. Deinde ſanguis non reſorbetur ſolum ex celluloſa tela, ſed in ſanguinis viam redit, quae certe per venas ſolas ducit.

pag. 151. l. 14. *dele* Ex celluloſa tela - - facta ſunt.

ibid. l. 16. Sed etiam *lege* Primum

ibid. l. 20. *poſt* lapſu *adde* effuſi

ibid. l. 27. *lege* Deinde in ſanguinis maſſam reſorptum humorem recipi apparet, cum ab vniuerſali fuſtigatione etc.

ibid. l. 29. eſt *lege* ſit

ibid. l. ead. vt *lege* et

p. 152. l. 7. *adde* ei adeo opii reſorpta.

ibid. l. 15. *lege* per quam humor de iis etc.

ibid. l. 17. *adde* aut per paracenteſin.

ibid. l. 21. *poſt* fecerat *adde* Mulſam pectori impulſam per lotium prodiiſſe SANCTORIVS auctor eſt

ibid. l. 22. *adde* et TANARON

p. 153. l. 16. *adde* Rupta vero vaſa eſſe, quae aquam iniectam ſinant transſudare, quae HEWSONI eſt coniectura, omnino non poſſum admittere. Centies poſt iniectam aquam ceraceum ego liquamen in vaſa exhalantia vrſi, neque eam viam unquam ſecutum eſt, neque in magnas caueas exiit, quo exiviſſet vtique, ſi aqua, ruptis vaſis, ei viam aperuiſſet.

p. 153. l. 18. *lege* ſanguini

p. 154. l. 2. *poſt* iugularibus *adde* Eo quidem hoc experimento vti nolim, quod neque Cl. HEWSONO nuper ſucceſſerit, neque mihi, vt omnino nihil a ligata iugulari vena in cane ſuperſtite eueniſſe viderim. Certa vero ſunt, quae nunc dico.

ibid. l. 9. *poſt* redire poſſet *adde* Polypum cordis cum hydrope frequentiſſime coniungi reperi.

ibid. l. 19. *poſt* ſecutus *adde* et nuper iuniorem HVNTERVM

p. 155. l. 1. *lege* vt in cerebro et oculo.

ibid. l. 9. *poſt* humoris *adde* oculi

ibid. l. 12. *adde* Oleum terebinthinae ex veſiculis ſeminalibus reſorbetur in venas rubras *d**), in venas lymphaticas nequaquam.

p. 156. l. 3. *lege* aërem per venas iubent inflare *et adde* Neque hae communicationes ruptis vaſis imputari poſſunt. Hydrargyrus enim, qui ex venis in lactea vaſa tranſit, omnino nunquam in ea vaſcula penetraſſet, ſi quicquam ruptum inueniſſet, quem certum ſit, vt cogor repetere, quae comperi, quoties

*d**) MECKEL *obſ. non. de vaſ. lymph.*

ties aliquid in vaſis violatum eſt, quae replet, certiſſime in maximas guttas effundi.

pag. 156. l. 5. Verum experimenta quidem - - - - nunc continuo dicetur *lege* An vt tenuiores arteriae, ita venae dantur ſeriferae aliae? Ita non ſolus BOERHAAVIVS, ſed difficilis ceterum in controuerſis admittendis ALBINVS *m**). *Ceterum paragraphus huius ſectionis vltima, in qua* de venarum in arterias mutatione *agitur, a noua editione abeſt.*

---

## SECTIO III.

### VASA LYMPHATICA.

Pag. 157. l. 5. nondum *lege* nuper

ibid. l. ead. *dele* ſatis

ibid. l. ead. veſtigia *lege* ſeries

ibid. l. 6. ſunt *lege* eſt,

ibid. l. 10. *poſt* BARTHOLINVS *adde* SWAMMERDAMIVS in Gallinae abdomine vas lymphaticum vidit.

ibid. l. 19. Quare de quadrupedibus - - - - nondum ſatis certo innotuit *lege* Verum nuper demum vaſa lymphatica, vaſa lactea, quae ad eam claſſem pertinent, et ductus thoracicus in auibus, in teſtudine, vt animali ouiparo frigido, demum in piſcibus frigidis, aſellis etiam potiſſimum, oſtenſa ſunt, et delineata. De gloria nobilis inuenti lis eſt MONROVM inter iuniorem et *Guilielmum* HEWSON, quorum ille vaſa aquoſa iam a. 1758 in auibus, et a. 1760 in raia piſce vidit: iſte in vtraque claſſe plene deſcripta dedit *u**).

p. 158. l. 22. *lege* 1649.

p. 160. l. 21. *poſt* communicatas *adde Meſſi. Aureae.*

ibid. l. 23. *adde* Neque auctori *entretiers en forme de préface* multum tribuas, qui BOVRDELOTO lymphatica vaſa tribuit, inuenta cum lactea quaereret, vt RVDBECKIVS tres poſt menſes, poſtquam a BOVRDELOTO audiverat *b**), ea viderit.

pag.

*m**) *Nat. hom.* 29. Probabile videri.

p. 155. not. *g*) *poſt* aquoſ. *adde* SOGRAPHI *lymph.* p. XII.

p. 156. not. *k*) *adde* SOGRAPH. p. XI. XIV. facilius, qui per arterias.

*u**) *Exper. Inquir.* T. II. 1774. 8.

*b**) GALLOIS, p. 51. 52.

p. 151. not. *r*) *lege* 298.

pag. 160. l. 19. *adde* Porro *Olaus* WORM in epiſtola poſthuma 1017 die V. Nou. cIↄIↄCLIII de nouo inuento Sueci ait, quod exſpectet, et eum tractatum ſe accepiſſe ex Suecia in epiſt. 1019 d. XIII Ian. cIↄIↄCLIV agnoſcit, nulla BARTHOLINI, nepotis ſui, mentione facta.

ibid. l. 23. *poſt* poſſidemus *adde* Multae enim partes corporis ſunt, in quibus vaſa lymphatica nemo vidit, aliae, vbi et raro quisquam, et cum dubio aliquo.

p. 164. l. 7. *poſt* celluloſa tela *adde* Ill. MECKELIVS paſſim ad eorum hiſtoriam aliqua addidit, tum *Alex.* MONRO fil. et potiſſimum *Guil.* HEWSON, qui multas nouas ex humano corpore tabulas dedit, etiam in artubus, et in his non ſola cuti vicina vaſa, ſed etiam profunda, neque prius dicta.

ibid. l. 20. *lege* Multis locis numeroſae ſunt, etc.

p. 165. l. 2. *poſt* animalis *adde* interioris

ibid. l. 4. *poſt* SCHMIEDEL *adde* In liene ſub membrana communi. Vaſa lymphatica glandulas inter iugulares et venam ſubclauiam, alia a celluloſa tela orientia absque valuulis ſunt MECKEL.

ibid. l. 6. *adde* Quare non bene vbique quaſi articulata pinguntur, quae cylindrica ſunt, et demum in nodulos aſſurgunt, quando a liquore retento diſtenduntur.

ibid. l. 23. *lege* Vaſa lymphatica ſatis valida ſunt, vt ne a magno quidem hydrargyri pondere facile rumpantur.

Ne, quae cohaerent etc.

ibid. l. 25. *poſt* ſuperare *adde* Exemta de animali mortuo, et in tabulam diſpoſita, contrahuntur vi mortua adeo valide, vt retractus ex trunco hydrargyrus vaſa rumpat. Sed etiam in viuo animali, aut nuper mortuo, non ſolus ductus thoracicus, qui vere etc.

p. 166. l. 13. *poſt* repleri poſſint *adde* Quae quidem mihi adeo manifeſta videntur, vt dubia contra experimenta mota refutare non videatur neceſſe.

ibid. l. 18. *poſt* inflentur *adde* Vaſa galactophora mammae cum vaſis lymphaticis, aliquando tamen minus libere, quam per venas communicant.

p. 167. l. 9. *poſt* fuiſſet *adde* A ſugillatione, cum diſſecaretur, lympham rubello colore tinctam fuiſſe ASTRVC vidit. Haec vaſa lymphatica melius in cadavere oſtendi, quod putredinis vim ſenſerat, a qua celluloſa ſpatiola grandeſcunt, aëre turgida.

Morbos addunt videri per vaſa lymphatica transferri. Nam a veneno venereo bubones inguinales naſci, a cancroſo veneno vicinas glandulas axillares turgeſcere, a cantharidibus admotis in vicinia tumores dolentes natos eſſe in glandulis eius generis.

Haec

Haec omnia admitto, neque recuſo vaſa lymphatica eſſe reſorbentium vaſorum ſyſtema, quae de celluloſa tela, et de magnis caueis liquorem ſorbeant, neque ea ab arteriis continuantur. Haec, quae olim GLISSONII, nuper I. HVNTERI, *Alex.* MONROI et *Guilielmi* HEWSON theoria eſt.

p. 167. l. 19. *adde* In teſte conquaſſato liquorem ex arteriis primo in celluloſam telam exire, inde in vaſa lymphatica iidem Cl. viri. In liene eundem euentum reperi, poſtquam vaſa rupta fuerant. In ea hypotheſi id ſolum deſidero, quod omnis reſorptio ſolis aquoſis vaſis reſeruetur, et quod iisdem caveis omnis cum vaſis rubris continuatio negetur. De iſta diximus *b**), et certe nouimus, nulla arteria fracta, nullo liquore extra vaſa effuſo, tamen per arterias vaſa lymphatica, ipſumque thoracicum ductum repletum fuiſſe. Venas vero rubras et de celluloſa tela, et de magnis caueis ſorbere, per ſua experimenta mihi euictum videtur.

Cum praeterea vapor effuſus in cerebri ventriculis, et in medullae ſpinalis infundibulo reſorberi debeat, et tamen ea tota in ampliſſima regione nullum vas lymphaticum vnquam detectum ſit, nullum pariter in tota facie, (exiguo circa aures tractu excepto), in cute capillata capitis, in tota ampliſſima cute dorſi, cum demum in artubus exigua, quae reperiuntur, vaſa lymphatica nullo modo reſorptioni ex ampliſſima celluloſa ſede ſufficere videantur. Reſorptio venarum rubrarum euicta videtur.

ibid. l. 25. *poſt* KAAVWIVS *adde* ſibi tamen notum,

p. 168. l. 5. *lege* hydropicis

ibid. l. 10. *adde* Ex minoribus etiam caueis in vaſa lymphatica via patet, potiſſimum ex ſeminalibus veſiculis.

ibid. l. 11. *poſt* venis *adde* vaſa pellucida

p. 169. l. 3. *poſt* auctoris *adde* ſententia.

p. 170. l. 4. *dele* me -

p. 171. l. 13. *adde* His *Guil.* HEWSON varia addidit. In artubus alia vaſa aquoſa ſuperficialia ſunt, et ſubcutanea, a digitis in parte dorſali aſcendentia, comitantia muſculum tibialem anteriorem; et alia in parte flexoria inter tibiam et tendinem internum muſculi gaſtrocnemii. Valuulas habent, ſubeunt nonnullas glandulas, et inde ad inguinales veniunt, et ibi cum vaſis a genitalibus venientibus communicant. Plexum faciunt, et abdomen ſubeunt ſub tendine obliqui interni.

Alia

*b**) p. 152.

p. 168. not. g) *lege* p. 180. *et adde* Hydrops ex ſcirrhis pene omnium viſcerum, BOSE *Progr.* 1776.

Alia vaſa profunda inter muſculos comitantur arteriam tibialem poſteriorem, inde cruralem, cum ea tricipitem muſculum perforant, et in glandulas inguinales veniunt, vbi cum ſuperficialibus miſcentur.

p. 172. l. 11. *adde* in plexum inguinalem ſe immittunt.

ibid. l. 13. *poſt* veſica *adde* et circa veru montanum *n**)

ibid. l. 15. *poſt* accedunt *adde* et hypogaſtricam fere arteriam comitantur.

ibid. l. 18. *adde* Rami aliqui huius plexus, qui vaſa iliaca comitatur, plexum in oſſe ſacro faciunt.

p. 173. l. 14. retro ipſam aortam *lege* pone ipſam aortam *et adde* Ea demum conueniunt in ſecunda vertebra lumborum, inque ductum thoracicum vniuntur.

ibid. l. 17. *poſt* veniunt *adde*, pone eius arteriam et pone aortam,

ibid. l. 20. aque hepate nata *lege* alia a liene orta, quae eius arteriam comitantur.

ibid. l. ead. *dele* Ea vel in vnicum - - - plerique ſcriptores tuentur.

ibid. l. 24. *adde* Alia in curuatura minori coronariam arteriam ſequentia, alia in maiori, prope minorem curuaturam duodeni cum iisdem coniuncta, reteque facientia, denique et cum vaſis lienis, et veſiculae felleae, et hepatis vnita. Ex hepate nempe concauo ea vaſa et ad truncum coeliacae arteriae confluunt, et vna in thoracicum ductum abeunt: dum ea, quae in conuexa ſede hepatis ſunt, aliqua per ligamentum ſiniſtrum ad ductum thoracicum tendunt.

p. 174. l. 2. *lege* aut duo maiuſculi canales

p. 175. l. 5. *adde* poſteriora quidem fere medio in pectore thoracico ductui inſerta; anteriora in angulum venam inter iugularem et ſubclauiam dextri lateris, HEWSONO auctore.

ibid. l. 16. *dele* quae inguinalium - - glandulas tendunt

ibid. l. 19. *lege* inſerta, *et adde* Deinde Cl. HAGEN in brachio oedematoſo vaſa lymphatica, eaque praegrandia et flexuoſa vidit *c**).

ibid. l. ead. *poſt* obſcura *adde* Iterum hic Cl. HEWSONVS et ſuperficiei propiora vaſa aquoſa vidit, et in parte flexoria brachii, et in extenſoria, quae etiam, perforato ligamento interoſſeo, communicant, et ad glandulas demum axillares veniunt.

Ibi coniunguntur cum vaſis profundis arteriam radialem, et procul dubio vlnarem et interoſſeam, comitantia.

Ex

*n**) Rete ea ſede depinxit Cl. WATSON *Phil. Trans.* V. LIX. 1. 2.

*c**) *Wahrnehmung.* p. 27.

Ex vtrisque in glandulis axillaribus plexus fit, qui in dextro latere in angulum inter venam iugularem et ſubclauiam fere inſeritur, cum vaſis aquoſis pulmonis et colli.

In latere ſiniſtro in ductum thoracicum, vel in ſubclauiam HEWSON.

Haec brachii vaſa aliquando in venae ſectione pertuſa moleſtiſſima et diuturna lymphae profluuia faciunt, quale et ipſe vidi.

pag. 176. l. 15. Vtriusque generis - - - dedit I. H. PAVLI *lege* Numeroſa etiam vaſa aquoſa ſunt thyreoideae glandulae. Haec omnia in trunculos vnita, cum ramis a capite deſcendentibus et comitibus ramorum arteriae carotidis, demum in dextro latere cum vaſis pulmonis et thyreoideis, dextra quidem in angulum venae ſubclauiae cum iugulari, ſiniſtra vero et in ductum thoracicum ſe immittunt, et in ſubclauiam, iterum HEWSONO auctore.

p. 177. l. 8. *adde* Demum placenta et ſecundinae aquoſis vaſis deſtituuntur, et in magna parte cutis, dorſoque toto nondum viſa ſunt. Deinde fateri oportet, poſt tot induſtriorum virorum labores, fragmenta tamen eſſe ea omnia, quae de lymphaticis vaſis ſcimus, neque vllo modo cum arteriarum, aut venarum, aut neruorum hiſtoria deſcriptiones vaſorum aquoſorum comparari poſſe. In capite enim et artubus pauca, et hiulca: in vola manus, dorſo pedis, natibus nulla omnino deſcripta habemus.

In quadrupedibus, auibus et piſcibus ſyſtema vaſorum lymphaticorum fere eſt, quod in homine diximus, et pariter ductus thoracicus, eadem fere in ſede, in magnam venam immiſſus, communis idem truncus lacteorum vaſorum et lymphaticorum. In piſcibus tamen omnino nullae glandulae conglobatae notae ſunt.

p. 179. l. 13. *adde* Nuper Cl. MERTRVD vaſcula lymphatica vidit, quae et cum ductu thoracico communicant, et in lumbales venas aperiuntur *f**).

ibid. l. vlt. nuſquam *lege* perraro

p. 180. l. antepen. *adde* Et ſubclauiae quidem venae, aut iugularis cum ea vena coniunctioni, venas lymphaticas inſeri non dubium eſt: ſed eae venae ductui, quem dixi, proximae ſunt.

p. 181. l. 2. *poſt* pleraeque *adde* quod magis eſt probabile. Reperiuntur in quadrupedibus et auibus: piſcibus et quadrupedibus frigidis nullae ſunt *n**).



p. 176. not. *o*) *lege* ZELLER.
p. 178. not. *k*) *lege* 48.
*f**) *Mem. des ſav. étrang.* T. VI.
*n**) HEWSON, PALLAS *Comm. Petrop.* L. XIX. in lacerta.

pag. 181. l. 7. *poſt* retinuit *adde* Non vt accurate ſepararet; nam lac, ſaliuam, ſerum, pituitoſum in meſocolo humorem ſeparari ſcripſit, cum conglomeratis adeo coniungit *q**).

ibid. l. 19. *poſt* retulit *adde* Nuper etiam Cl. BROMFIELD nullum conglobatarum a conglomeratis diſcrimen eſſe docuit, vt in alio animali conglobatae ſint, quae in alio conglomeratae *a**).

p. 182. l. 6. malo *lege* ſcirrho

p. 184. l. 16. *poſt* violationem *adde* lac

p. 186 l. 2. *adde* vt in inguinalibus et alibi.

Vaſorum aquoſorum ad reliquas partes, quae glandulam conglobatam conſtituunt, adeo magna ratio eſt, vt poſſis eas pro faſciculis aquoſorum vaſorum habere, quae per tenacem, multamque celluloſam telam coniungantur.

ibid. l. 19. *lege* poſſet.

p. 190. l. 15. *lege* ſeorſim

ibid. l. 18. *adde* Aliquae pancreatis capiti, duodeno inferius adhaerenti, adiacent.

p. 191. l. 7. *adde* ſex, ſeptem HEWSON. Superiores aliae ſunt, aliae inferiores.

ibid. l. 11. *adde* Qua ſede vna, duae, tres glandulae reperiuntur.

ibid. l. 12. cum in tibia, fibula, pedeque *lege* et ſub eadem in tibia vna et altera, in pede nullae etc.

ibid. l. 13. *lege* Hae et popliteae

p. 192. l. 11. *poſt* inguine *adde* eſſe lego,

p. 193. l. 21. et ex frictione, quae fit, *lege* deinde, etſi vaſa efferentia pauciora ſunt, et in vniuerſum inferentibus non maiorem habent luminum ſummam, in iis tamen non poteſt amiſſa celeritas reparari, cuius pars non exigua deſtructa ſit frictione, quae fit etc.

*q**) *Meth. medendi*, XIV. c. II.
*a**) *Obſ.* II. p. 45. 46
p. 193. not. *c*) *lege* L. VI. Sect. I.

ELEMEN-

# ELEMENTORVM PHYSIOLOGIAE

## LIBER TERTIVS.

CIRCVITVS SANGVINIS EX CORDE IN ARTERIAS, EX ARTERIIS IN VENAS, EX VENIS IN COR.

## SECTIO I.

### QVO SANGVIS PER ARTERIAS FLVAT.

Pag. 197. l. 15. *poſt* redierint *adde* et totae nunc planae ſint.
ibid. l. 19. *lege* ſanguis ſe confert,
ibid. l. 21. *poſt* trunci *adde* ſanguinis momentum retinent.
p. 198. l. 16. *lege* eorum
p. 199. l. 9. *poſt* perforatur *adde* Optime vero ſuccedit in aorta, quando ſupra cor ligatur, ſiue calidum animal fuerit, ſiue frigidum. In vmbilicalibus arteriis GALENVS experimentum fecit, in pulmonali nuper Cl. PORTAL *o**). Quae vinculum, ea tumor facit, qui arteriam comprimit. In ſarcocele arteriae teſtis digiti craſſitie fuerunt *o***). Cum aorta arteria in abdomine ampliſſima eſſet, eadem ſupra cor, et vna carotides latiſſimae *o****).
ibid. l. 23. *lege* ex arteria inciſa
p. 200. l. 17. *poſt* fudiſſe *adde* Neque rarum eſt, cum arteria brachialis ob anevryſma vinculo intercepta fuiſſet, eam ſub eo vinculo ſanguinem fudiſſe *g**).
ibid. l. 18. *poſt* brachialem *adde* inciſam
p. 201. l. 9. ex trunco humerariae, ſupra vinculum, natae *lege* infra vinculum natae
ibid. l. 11. *poſt* humerariam *adde* ſupra vinculum liberam
p. 202. l. 19. *poſt* legem *adde* pugnet,
p. 203. l. 12. *poſt* neceſſe eſt *adde* In terrore genae expalleſcunt, et ſanguis in cor, inque magna vaſa congeritur.



*o**) COLOMB p. 22.
*o***) *Swenska Wetenſk. Ac. Handling.* 1737. no. 1.
*o****) LIEVTAVD *Sepulchret.* II. p. 94.
*g**) BERTRANDI *chir.* II. p. 207.

## SECTIO II.

### ITER VENOSI SANGVINIS.

Pag. 204. l. 8. *adde* tamdiu dubii.

p. 205. l. 8. *poſt* ſinus *adde* valuuloſi

ibid. l. 23. *adde* requiri enim aggerem, qui ſanguinem relapſurum ſuſtineat, vir acuti iudicii ſenſit.

p. 209. l. penult. *lege* quae cordi propior eſt *et adde* Cum tonſor venam ad carpum ligaret, nullum ſanguinem obtinuit *i**) ſtulte miratus.

p. 210. l. 24. *poſt* habent *adde* Idem tonſori accidit nuper dicto.

p. 214. l. 17. *adde* Cum luxatae vertebrae earum venam comprimerent, venae artuum inferiorum turgidiſſimae fuerunt MORGAGNI *q***).

ibid l. 22. *poſt* effundi *adde* Hoc experimentum iam ASCLEPIADI innotuit *r**).

p. 216. l. 1. ſed praeterea efficaciam - - - explicatam demonſtrant, *lege* ſed praeterea humoris venoſi iter per cor, et arterias, ad omnes corporis humani partes, continuatum demonſtrant.

## SECTIO III.

Pag. 218. l. 12. *lege* aut ab inhalantibus

p. 222. l. 15. *poſt* inanitio *adde* Neque GALENVS id ignorauit. Plus ſemel enim mutuum arterias inter et venas commercium eo experimento demonſtrauit, quo conſtat, vel arteria magna, vel vena magna inciſa, ſanguinem vniuerſi corporis ex eo vulnere effluere: demum ex venis in arterias aliquid, eas vt alat, ſanguinis tranſire *i**).

p. 224. l. vlt. *poſt* ſecuta eſt *adde* Ex ſaphena, ex poplitea vena rupta mortes pene ſubitae.

p. 226. l. 1. ramorum *lege* venenorum

ibid. l. 3. *poſt* aut *adde* olim ARISTOTELI dictae *u**)

pag.

*i**) Apud STORCH *Iahrgäng.* IV.
pag. 210. not. *q*) *lege* 108.
*q***) MORGAGNI *de Sed. et cauſ. morbor.* II. p. 356.
*r**) SCRIBON. l. c. 21.
*i**) *Facult. nat.* L. III.
*u**) MARCELL. p. 1904.

pag. 226. l. 10. *poſt* infecerit *adde* Alia ſimilia venena Americani indigenae temperare norunt, effectu perinde peſtilenti, ſi vel leuiſſime vulnus cruentatum fuerit.

ibid. l. 12. *adde* Analogus effectus venenorum eſt, quae cuti cruentatae applicata occidunt, quo venena mineralia fere ſpectant. Cobaltum ab ignara muliere ad achores ſiccandos capiti pueri inſperſum, miſerum Gottingae occidit. Sic arſenicum, cum caput eius decoctione ablueretur *e**), ita mercurius ſublimatus *e***) vlceribus inſperſus, et crocus metallorum *e****). Huc etiam lues pertinet, quae per venenatam lanceolam a ſcarificatione late per Morauiam *e*****) ſparſa eſt, cum ea lanceola virus venereum contraxiſſet. Olim etiam nicotiana in vulnus pulli et ſerpentis data, beſtias enecauit, et vomitum ciuit *e******). Ab aqua phagedaenica, in qua ſublimatus mercurius ſolutus erat, ſaliuae fluxus *e*†) ſecutus eſt. Tactis genitalibus feminae infectae chirurgus periit *e*††), et ab hellebori radice in fonticulum data *e*†††).

p. 227. l. 13. A corde et medicamentis *lege* A medicamentis acidis

p. 228. l. 10. *adde* Vno verbo ſpiritus et ſalis, et ſulphuris, et nitri, et vitrioli in venam viui animalis impulſi eiusdem funeſti euentus, ſubitaeque mortis cauſae fuerunt. Minus magnum malum ab aceto expectares, et ipſum tamen animal perinde et ſubito occidit.

ibid. l. 12. *poſt* excitat *adde* alias rabiem fecit:

ibid. l. 14. *adde* Oleum etiam oliuarum funeſtum ſoporem fecit.

ibid. l. 17. *poſt* habent *adde* ſi in venam dederis,

p. 229. l. 18. *poſt* vomitus *adde* A vitro antimonii vehemens purgatio *a**). Ab arſenico extus admoto vomitio ſanguinis et mors. A mercurio ſublimato in lotione adhibito ſaliuae fluxus.

p. 230. l. 5. *adde* Et in alio experimento a BORRICHIO citato liquida faex de vena profluxit.

pag.

pag. 226. not. *c*) *adde* De Americanis ſagittis HERBERT *de caſſava amara*, 483.

*e**) BÜTTNER *Tödlichkeit*, p. 200. WEPFER *cicut. aquat.* p. 289. et motus cruris ademtus BARTHOL. *cauter.* p. 16.

*e***) STAHL *Meth. med.* p. 56. 57. PEYER *exerc.* p. 197.

*e****) E. N. C. *Dec.* II. *ann.* 1. *obſ.* 43.

*e*****) Ap. *Iordanum* BRVNNAGALL. MAVCHART *ophthalmoxyſt.* I. p. 15. BOYLE *poroſit.* p. 23.

*e******) E. N. C. *Dec.* II. *ann.* 2. *obſ.* 108.

*e*†) *Mem. de l'Acad. de chir.* p. 1. 157.

*e*††) KRAMER *med. milit.* II. p. 81.

*e*†††) ETTMÜLLER *chir. inf.* BORRICH. *de venen.* p. 722.

*a**) MAIOR l. c.

pag. 230. l. 19. *poſt* mittebatur *adde* et perinde a ſanguine hominis peſte infecti in animalis venam impulſo.

p. 231. l. 8. *adde* Denique lac in arteriam impulſum poſt octo horas de vena perfluxit *), cuius experimenti eadem vis eſt *t**).

p. 232. l. 4. deſunt *lege* ſuperſunt

ibid. l. 24. ad totum, quem *lege* ad partem corporis, quam

p. 234. l. 20. *adde* Nuper Cl. COLOMB canem recreatum eſſe expertus eſt, qui ſanguinem transfuſum receperat.

p. 236. l. 6. *poſt* periiſſent *adde* et denique medicus Italus *Venantius* VENTRONI transfuſionem in ſe ipſo molitus morte audaciam luiſſet *x**),

p. 238. l. 19. hactenus ne motum quidem ſanguinis, et multo minus circuitum conſpicuum videre datum eſt, *lege* circuitum ſanguinis ex arteriis in venas conſpicuum videre nunquam datum eſt *u**):

ibid. l. 27. *poſt* depingitur *adde* In rana et cochlea LISTERVS vidit *z**).

p. 240. l. 12. *adde* Ill. viri *Lazari* SPALANZANI experimenta diximus, qui in ſalamandra tranſitum ſanguinis ex arteria in venam, huic arteriae continuam, pariterque per ramos transuerſos parallelae venae immiſſos verſus cor redeuntem ſanguinem *s***) dixit.

p. 242. l. antepenult. *poſt* frigore *adde* repulſum.

p. 244. l. 14. *adde Franciſci de la* REYNA, medici veterinarii, et *Oliuae Sabugo*, feminae hiſpanae, alii circuitum ſanguinis inuentum adſcribunt, quos libros non vidi: nihil vero percipio ex ipſis laudatorum locis aut experimenti, aut rationis, quod virum nullius partis ſtudioſum mouere poſſit.

p. 248. l. 12. *adde* Frigida etiam *Olai* WORMII *i**) et priora CONRINGII *i***) de circuitu ſanguinis inuento iudicia fuerunt. Monſpelienſes adeo a vero admittendo alienos ſe praebuerunt, vt ob ſuam HARVEIO praeſtitam fidem T. BARTHOLINVS *i****) in ea ſchola magna odia paſſus ſit.

p. 249. Paragraphum triceſimam tertiam in noua editione excipit

§. XXXIII *. *Nuperi adverſarii.*

Quae nuper in Gallia ſe extulit ſecta ſemiſtahlianorum, quae rebus humanis *Principium Vitale*, ſiue archaeum praefixit, vt in vniuerſum anatomen et experi-

*) Profluxit *forte. Not. edit. hui. auct.*

*t**) BIRCH IV. p. 205.

pag. 235. not. *e*) *adde Philoſoph. Transact.* n. 20.

*x**) PANELLI II. p. 296.

*z**) Ap. BIRCH.

*s***) De *motu ſanguinis.*

*i**) 444. 445 et anno 1645. p. 694.

*i***) Ap. WORM. p. 444. 445.

*i****) Ap. WORM. p. 672.

experimenta parui facit, ita in circuitum *Harveianum* cum acerbitate inuecta eſt, cuius cauſam non datur diuinare. Vtuntur contra nobile inuentum meis et SPALANZANI experimentis, non factis, vt HARVEIO noceremus, et per quae id ſolum euincitur, ſub mortis atriola, certisque in vitae humanae conditionibus, ſanguinem retroire, et per arterias verſus cor relabi, perque venas, nonnunquam ad ſedem pertuſi vaſis contra ductum circuitus confluere. Oportebat veri amantes agnoſcere, et SPALANZANVM, et me directe, noſtris oculis, diuerſos modos vidiſſe, quibus ſanguis ex arteriis in venas tranſeat, et contrario ductu ad cor reuehatur. Deinde iſti contemtores teſtimoniorum, quibus ſenſus vero ſubueniunt, nullum proprium periculum afferunt, quod quicquam de HARVEII affirmationibus detrahat. *Henricus* FOVQVET demum potiſſimum contra demonſtratum verum inſurrexit *a**), et, qui nuper obiit, *Theophilus* BORDEV *a***).

p. 249. l. 19. *lege* qui poſt aliqua ſua dubia egregiis etc.

---

## SECTIO IV.

### LYMPHAE ITER.

Pag. 250. l. antepenult. *lege* praeter ea vaſa aquoſa, quae etc.

p. 251. l. 10. *lege* in quas dicuntur ſe immittere.

ibid. l. 17. *adde* et nuper G. HEWSON

p. 252. l. 3. *adde* Demum in diuturno moerore, qui humorum motum retardat, vaſa lymphatica turgida, coactaeque lymphae plena viſa ſunt *c**).

p. 253. l. 2. *adde* In cubiti vaſis, quo loco quodque ſuo trunco inſeritur, valvulam eſſe iter retrogradum morantem, ſub ea longe viam verſus digitos liberam patere lego. In lymphaticis pectoris vaſis paſſim hydrargyrum contrariam legitimae viam ſequi MECKELIVS. De lymphaticis vaſis ſimilia MONROVS iunior habet, et paſſim G. HEWSONVS.

p. 255. l. 7. aliqua *lege* non ſatis vera

ibid. l. 16. *adde* Etſi aliqua, per arterias, vt puto, vaſis ſeroſis cum excretoriis ductibus coniunctio eſt *f**).

EXCER-

p. 250. not. *o*) *adde* LANGSWERT, II. p. 7.

*a**) In *decem praelectionib.* Monſpelii 1777, 8. et in *duodecim quaestionibus*, ibid. 1776.

*a***) Paſſim per ſua opera.

*c**) *Memoires préſent.* IV. p. 192. 193.

*f**) p. 166.

* * *

## EXCERPTVM EX PRAEFATIONE AVCTORIS SECVNDAE PRIMI TOMI PARTI PRAEMISSA.

Plura mutata, auctaque in hoc volumine ſunt, quam quidem in priori. Non ita valde in parte anatomica, tamen vt aliqua nupera inuenta adiecerim, vt PORTALII de fibris carneis auris cordis dextrae, et de neruis cordis, tum de iis neruis NEVBAVERI, etſi non potui ſummi olim inciſoris laboribus perinde vtiliter frui, ac quidem licuiſſet, ſi ante editum *functionum* opus accepiſſem.

Dextras caueas cordis porro defendi ampliores eſſe.

In phyſiologicis aliqua mutaui, plura addidi. Mutare me aliqua coegerunt nuperorum cogitata, quae expendere, et aut probare neceſſe fuit, aut meas rationes opponere. Cor in ſua ſyſtole tamen breuius reddi porro contra nuperrimos ſcriptores defendi, neque teſtudinem excepero; in anguilla enim, de qua eadem dubia repetuntur, manifeſto vidi, ſollicita cura adhibita, cor mucroni ſcalpelli apice ſuo obiectum in ſyſtole non laedi, in diaſtole vero vulnerari: quo in phaenomeno, nonnullisque aliis a Cl. FONTANA inuitus diſſentio. Sed et cor totum inaniri poſſe puto me oſtendiſſe; neque poſſe ſolum, ſed vere omnino inaniri, et demum, quoties cum ſuperſtite in cauis ſuis ſanguine quieſcit, cauſam ſilentii eſſe in virium defectu, qui non ſinat ad contractionem niti.

Ordinem etiam *Harueianum* in contractione ſibi ſuccedente partium cordis porro ſecutus ſum. Neque in cordis viribus aeſtimandis a prioribus recedo: neque in cordis praerogatiua, quod ſolum vniuerſitatem humorum in circulum agere potens ſit, neque in alio priuilegio, in quo haec ipſa praerogatiua fundatur, quod nempe cor ſuper omnes alias corporis animalis partes natura irritabili emineat. Noui aliquas exceptiones eſſe: pleraque tamen experimenta pro corde ſtant.

Magni momenti porro eſt inquirere, quae ſit ſcaturigo vis eius motricis adeo pertinaciter in corde conſpicuae. Nempe quaeritur, num a neruis ſit, aut ſolis, aut certe adiutoribus. Hic libratis et prioribus argumentis, et nouis, confirmor per experimenta, nullas quidem partes neruorum in cordis motu apparere, non tamen ideo continuo nullas eſſe dixerim, cum cor muſculus ſit, et neruos accipiat. Id verum manet, exiguas eſſe, quod illa vis aduentitia neruorum adeo exiguam portionem efficiat conſpicui motus cordis, vt eo auxilio natura ad cor contrahendum minime egeat; atque in experimento abſque neruorum auxilio perinde munere ſuo defungatur.

Stat

Stat ergo mihi, cordis irritabilitatem cauſam eſſe motus cordis. Haec eadem cauſa motus, vt in omnibus muſculis, atque partibus contractilibus corporis animalis, cauſa pulſus eſt, vitaeque et incrementi. Neruoſam vim ſuo loco addemus.

De ſtimulis aliqua licuit addere ex nuperis F. FONTANAE et SPALANZANI experimentis. Quae ſtimuli efficaciam deſtruunt, ea hic primum perſequi potui, quae pericula fere apud CARMINATIVM fideliter et copioſe expoſita reperiuntur.

Potiſſimum vero hic repetendae fuerunt FONTANAE leges de amiſſa per ipſam contractionem natura contractili fibrae, vt poſt vnam irritationem vna contractio ſequatur, poſt eam, niſi interim reparata ſit irritabilitas, omnino quies.

Ab vno ſtimulo putat ergo Vir Cl. conſumtam eſſe naturam irritabilem: verum eam vim, poſt quam exercendo ſe interiit, renaſci, et ſponte poſt aliquod tempuſculum, iterumque efficaciter a ſtimulo ad motum reuocari. Quae cauſa ſit alternarum vicium, quae vulgo in motibus a corde pendentibus percipiuntur.

Stahlianam porro animae poteſtatem reiicio. Oſtendo etiam nuperorum inuentorum rotiferi animalis, et pigri, aliorumque vermiculorum longam in exercenda poteſtate intermiſſionem nihil poſſe ad abrogandam animae quamcunque poteſtatem.

Cauſam ſummae in motu conſtantiae, qua cor ſupra alios muſculos eminet, non in ſaepe repetito motu poni putem, vt eo facilius cor contrahatur, quo frequentius ſe contraxit, laſſitudo enim iſta non videtur pati vera eſſe, eo certius muſculi motum ſuppreſſura, quo ſaepius et potentius eodem tempore idem ſe contraxit.

Sed porro de fide experimenti certus ſum, quo oſtenditur, cor inanitum quieſcere, vtique adeo in perpetua ſtimuli praeſentia perpetuam cordis contractionem fundari.

Bernae, d. XX. Menſ. Oct. cIↄIↄCCLXXVII.

# ELEMENTORVM PHYSIOLOGIAE

## *LIBER QVARTVS.*

## COR.

### SECTIO I.

#### VELAMENTA EXTVS CIRCVMPOSITA.

Pag. 257. l. 18. *poſt* viſum ſit, *adde* Conſentiunt tamen plurima nupera experimenta, et ſanam cum pleuritide pleuram repertam eſſe, et absque dolore inflammatam, ipſo demum Ill. HAENIO teſte, et MORGAGNO. In viuo homine inſenſilem CALDANVS per experimenta comperit. In alio experimento ipſo in homine denudata pleura nullum doloris ſignum dedit, cum cutis irritatione vehementer doleret *a*). Mediaſtinum indolens eſſe CARRERE *b*).

p. 257. l. 19. *adde* Qui contra pleuram aut ſanam, aut certe inflammatam, dolere *c*) defendunt, non adeo experimenta *d*) producunt, quam magnos nervos per ſuperficiem diſperſos. Ad litem autem de ſede doloris in pleuritide non licet nobis hic nos demittere, quibus immenſus in phyſiologicis campus apertus ſit. Neque debent nerui, qui per eius ſuperficiem decurrunt, pleurae tribui, cui ſoli ii adſcribi poſſunt, qui in eius naturam diuiduntur.

ibid. l. 26. *poſt* vertebras *adde* poſita,

p. 258. l. 2. retro *lege* pone

p. 259. l. 14. *lege* terminetur.

p. 260. l. 3. *lege* ponebatur,

ibid. l. 4. *lege* pertinebat

p. 261. l. vlt. *lege* aut ei pro externa etc.

pag.

*a*) G. DOWE *de pleuritide.* Edimburg, 1771. 8.

*b*) *Inflamm.* p. 470.

*c*) PANZANI *Giornale di Medicina,* 1776.

*d*) Ita HAENIVS *rat. medendi,* IX. p. 124. Qua dolor fuerat in pleura, inflammatio poſt mortem reperta eſt.

p. 257. not. *x*) *adde* HVBER *Eph. Nat. Curioſor.* III. *obſ.* 101.

p. 262. l. 2. *ad verbum* coaleſcit *in textu adde* not. *u**) Cor, pericardium, mediaſtinum, LIEVTAVD *ſepulchret.* II. p. 57.

pag. 264. l. 23. *poſt* paradoxus *adde* Neque diſſimilem hiſtoriam ZACVTVS habet *m**). Cor etiam in vulnere nudatum vidit Cl. GOOCH *m***). Eſt vbi ſternum perforari oportuit, quo pus in caueam mediaſtini anteriorem effuſum emitteretur.

p. 266. l. 13. *adde* Addit ad venam cauam BARBAVT.

p. 267. l. 1. pericardio *lege* mediaſtino

ibid. l. 6. *lege* innexa

ibid. l. 12. *poſt* locus *adde* in fetu maior

p. 268. l. vlt. *adde* idemque in veſpertilione obtinere lego.

p. 270. l. 25. *adde* cum res vulgo nota non ſit.

ibid. l. 2. *poſt* elabitur *adde* In Suecia equidem x*) experimenta ſeri chyloſi aliquam ſeri a lacte diuerſitatem demonſtrant, a ſero nempe lac verum exigua differre copia olei et ſolidarum partium, quibus in magna ratione ſuperetur vt 1 ad 6. Conſtare aqua, gelatina et corpore gelatinoſo mucoſo, quarum illa $= \frac{2}{240}$, hoc ſit $= \frac{18}{240}$ Haec videntur omnia de chylo vera eſſe poſſe cum lympha animali coniuncto, quae in lacte decedit. Sed etiam Cl. HEWSON x**) album illud, quod ſanguini innatat, ſerum eſſe, globulos habere flauos x***), neque aut chylum x†) eſſe, aut vnice a paſtu reperiri x††), cum ſero vero candorem ab adipe x†††) communicari. Album etiam liquorem hydropicum I. L. TARGIONVS vidit, cui nulli eſſent globuli x††††).

ibid. l. 4. *adde* Tempus ergo aliquod eſt, in quo chylus conſpicuus cum ſanguine circumiuit. Humorem autem alium mucoſum nonnunquam in ſanguine contineri non repugno. Chylum eſſe nobiscum Cl. BRAMBILLA x†††††)

ibid. l. 7. *poſt* loco *adde* Niger et foetidus atque ſeroſus de naribus puellae decennis manabat z*).

ibid. l. 12. *poſt* tingat *adde* tum in polypo, qui pulicem aquaticum deuorauit.

ibid. l. 14. *poſt* exhauritur *adde* qui carnes tingebat.

ibid. l. 16. *poſt* commune eſt *adde*, et ni fallor in omnibus animalium claſſibus conſtanter accidit, vt vitalis humor ſpiſſeſcat, et ſanguis in ſano homine continuo etc.

ibid. l. penult. *poſt* delet *adde* A minutis ſeptem ad 11 cl. viri numerarunt, quibus ſanguis egeat, vt in placentam conſiſtat.

pag.

pag. 16. not. x*) *ſpectat ad verbum* elabitur *in textu lin.* 2.
x*) *Sw. Wetenſk. acad. Handl.* 1770. n. 3.
x**) *Inquiries* p. 115.
x***) p. 116.
x†) p. 118.
x††) p. 122. etiam diu a cibo.
x†††) p. 127.
x††††) *Raccolta* T. I.
x†††††) *De inflamm.* p. 43.
z*) WERLHOF *variol. morbill.* p. 540. edit. quam Ill. WICHMANNVS curauit.

pag. 16. not. *h*) *adde* Contra ſanguis in gradu 125 coactus fuit in vena ligata canis, HEWSON *phil. Trans.* Vol. LX.

ibid. *ad verbum* toti *in textu lin.* 16. *adde* not. *f**) Diuerſa eſt deſcriptio a phaenomenis grumi ſanguinis.

pag. 17. l. 1. *poſt* magis *adde* tum in calore, qui 90 gradus ſuperat, ad 108 gr. vsque.

ibid. l. 7. *poſt* turgerent *adde* Non repugno frigefactum ſolidius coire, calentem tenerius *n**); tamen non eo proceſſurus, vt calori amiſſo coagulationem tribuam *n***), cum frigidorum animalium ſanguis cogatur, de quo nullus calor decedit. Poſſis negare, a ſola quiete in coagulum abire *n****), cum concuſſus coëat, ſuilli exemplo, et in viuo homine coiuiſſe viſus ſit. Plurimum tamen quies ad coagulationem confert, ſiquidem ſaniſſimi hominis ſanguis, qui rapide per venas circumibat, et idem per aërem fluidus ſaliebat, continuo cogitur, quamprimum in patinam receptus quieſcit.

p. 18. l. 2. *poſt* ſubeſt *adde* Demum in febribus malignis ſub initia mali ſaepius fere cogitur, etſi in poſterioribus mali ſtadiis idem reſoluitur; quam quidem legem plurimorum et peritiſſimorum medicorum conſenſu confirmari video, et ab ipſo etiam potiſſimum HVNTERO.

ibid. l. 8. *poſt* coactum vidi *adde* Vaſa ſanguinea coacto cruore plena in febre maligna fuerunt, quam ROEDERERVS morbum mucoſum vocabat *e**).

ibid. l. ead. Sed etiam in variolis - - - - quod alias fuſius repetemus *lege* Nempe in vniuerſum magis magisque nunc confirmamur, febres acutas fere cum craſſo ſanguine incipere, ipſas etiam variolas *f*) et Siamenſem febrem flavam *g*), aliasque maligniores febres *h*), vt ſanguis in peſte *i*) prae tenacitate venae inhaereat, et vix poſſit educi, tum in contagioſa lue armentorum *k*). Cum ipſo vero morbi progreſſu, vt putredo in humoribus inualeſcit, ita ſanguis diſſoluitur, vt demum mihi ipſi in febre tertiana pulli ſanguine vix craſſior de vena ſecta fluxerit, et in febribus malignis totus diſſolutus per omnes corporis poros exſudet *k**). Quare ipſa in curatione ad hanc theoriam acida ſub initia damus, et cremorem tartari, aliaque tum putredini, tum ſpiſſitudini ſanguinis contraria: in progreſſu fere cardiaca, cum ſanguinem diſſolutum debilitas perpetua ſequatur. Neque enim de diſſoluto ſanguine deſperari debet, quem certum ſit, cum vita ſuperſtite natiuam denſitatem recuperare. Et meo ſanguini, cum aquoſus et pallidus fluxiſſet, ſolida denſitas rediit; et olim annotauit *Fac.* ANGELINVS *l**).

pag.

*n**) BVTT *ſepar. ſangu. ſpont.* p. 10. 11.

*n***) p. 12.

*n****) HEWSON *Philoſophical Transactions*, vol. LX.

*e**) *Morb. mucoſ.* p. 162.

Notae *f*) *i*) et *k*) p. 18. mutandae non ſunt, notae *g*) autem litt. *h*) et huic litt. *g*) praefigenda eſt.

*k**) Lib. I.

*l**) *Elect. ven.* p. 28.

pag. 19. l. 16. *poſt* concretus erat *adde* Olim POSTELLVS in peripneumonia gluten medullae ſimile extraxit, quod ad corallii modum conſiſtentem arbuſculam imitaretur z*). In magnis arteriis a frigore ſanguinem coagulari SPIGELIVS z**).

ibid. l. antepenult. *poſt* eſſet *adde* Ill. HAENIVS vniuerſas arterias, venasque chorda polypoſa fartas vidit, et olim BECKERVS a*), et MORGAGNVS et WALTHERVS a**).

p. 20. l. 1. *lege* Sed etiam in aneuryſmatibus ſanguis in grumos coactus reperitur, inque carnis ſpeciem b*) inter duo vincula immotus coit c) etc.

ibid. l. 17. *poſt* ſupereſſet *adde* Et in alio exemplo, cum abſceſſus cor pene totum exediſſet, polypus ea ipſa ſede annatus foramen obturauit, vitamque aegri produxit.

p. 21. l. 9. *poſt* reperio *adde* Haec eſt glandulofa in corde caro VESALIO dicta

p. 23. l. 1. *poſt* relegatos *adde* etſi raro appareant.

p. 25. l. 7. *poſt* ſollicitare *adde* Cordis etiam extenſa eſt amplitudo.

## SECTIO II.

### ELEMENTA SANGVINIS.

Pag. 29. l. 16. *adde* Sanguinem ex vena ſecta de viuo homine emiſſum frigidum fuiſſe, inſignes teſtes adſunt, et ipſe MORGAGNVS. Eum ſanguinem credas alicubi quieuiſſe, vt nonnunquam in grauibus deliquiis quieſcit, et cum motu calorem amittit. Sed totum hominem dyſenteria periturum friguiſſe vidi. In mure tamen citello, hyeme effoſſo, ſanguis inſigniter caluit.

ibid. l. 20. *poſt* teſtudinis *adde* caluit.

ibid. l. ead. Sed etiam vipera - - - dum vixit frigebat *lege* Aliquando maiorem calorem I. HVNTER in rana generari teſtis eſt, vt hydrargyrus tubi in os animalis dati per quatuor gradus aſcendat, in ventriculum detruſi etiam vigenis s).

pag.

z*) In *deſcr. peripneumoniae.*
z**) p. 174.
a*) *De morte ſubmerſorum ſine pota aqua.*
a**) *De atra bile.*
b*) BOERHAAVE *prax. med.* I. p. 394.
pag 28. not. e) *adde* Nullus calor piſcium et ranarum BRAVN *Comm. nou. Petropol.* XIII.
s) *lege Philoſ. Transact.* T. LXV. p. 2.

pag. 30. l. 1. *poſt* toleretur *adde* Numero apum tribuas, quod calorem generent, quem neque veſpae generant, neque crabrones.

ibid. l. 3. *adde* An vero calor ab animalibus generatus fecerit, vt eorum aliqua, quibus ſanguis ſponte frigere videtur, a frigore non occidantur? Vidit idem I. HVNTER cyprinos caloris tantum generaſſe, vt non poſſent rigeſcere, et tum demum murem occiſum, cum humectatis pilis, calor ab eo generatus diminutus eſſet *x**).

## §. II. *An conſtanter maior atmoſphaerae calore* *).

Quando de calore agitur regionis, non attinet eum narrare, qui perpetuus ſit, idemque mediocris, et qui paſſim in calidis regionibus non maximus eſt, neque ad 86 gr. aſcendit, vt Iamaicae, Curaſſauiae, Cuduluri, in Antillis inſulis, Batauiae nouae, in Capite Bonae Spei, in ipſa aeſtuoſa Arabia, in qua aeſtus per aeſtatem 85 et 90, et paucis locis 95 graduum Fahr. fuit. Eae regiones nobis feruidae videntur, non quod adeo enormes earum ardores ſint, ſed quod ii toto anno parum diminuantur, et noctu etiam parum decreſcant, vti Cuduluri totum diſcrimen fere a 74 ad 77 gr. fuit. In tropica regione Berbice calor non infra 70 deſcendit, neque vltra 96 aſcendit.

Qui vulgo recenſetur calor, is in vmbra menſuratur, et multo, quam ad ſolem, minor eſt. Haec diuerſitas inſignis eſt momenti; nam in vmbra 75 gradus in ſole 101 fuerunt, et ego Rupe, cum in vmbra calor infra 100 eſſet, alias 117, alias 140 gradibus hydrargyrum ſecundum album murum ſolem reflectentem aſcendiſſe. Maiorem etiam vidit Ill. *du* HAMEL, vt in ſole ad murum fuerit 167 graduum. Monſpelii, cum in vmbra eſſet gr. 30, in ſole fuit 60 gr. Reaumur. omnino vt in priori annotatione 9. In cubiculo $80\frac{5}{8}$, in ſole 106 gr. fuit apud GIRARDI *h*). Conduluri conſtanter per 15 dies gr. fuit 97. 98. et in ſole 109 *i*). Sed etiam Monſpelii, ſi fidum eſt experimentum Cl. *le* BON *k*), cum in vmbra calor eſſet graduum 31 Reaum. in ſole fuit 80. In inſulis Antillis in vmbra ad 94, in ſole ad 112 *m*). Sed etiam in Carolina calor ſolis fuit 120 *n*), et



*x**) *Philoſ. Tranſact.* T. LXV. p. 2.

*) Cum ſecunda et tertia paragraphus, notaeque ad eas ſpectantes in noua editione admodum mutatae ſint, ita, vt vix vlla periodus alicui veteris editionis periodo exacte reſpondeat, vtramque paragraphum ſimul cum notis verbotenus, vt vocant, deſcribendam cenſui, veritus, ne, ſi ſecus facerem, eademque, qua in aliis paragraphis vſus ſum, ratione et hic vellem vti, taedioſiſſimum Lectoribus imponerem laborem. *Not. edit. hui. auctar.*

*h*) *Vua Vrſi* p. 41.

*i*) FREYLINGSHAVSEN in *Miſſionsberichten.*

*k*) *Mem. de l'Acad. de Montpellier. Mem. de l'Acad. des ſciences* 1706.

*m*) MOVLTRIE *Febr. flau.* In Martinique 100 ad 114. THIBAVLT.

*n*) *Philoſ. Trans,* n. 487. 496.

et 126 *o*) gr. calculiſque recte poſitis 140. Ad fluuium Senega calor ad 152, et in ſabulo ad 191 adſcendit.

De eo nunc ergo calore quaeritur, qui ſit ſummus, quem homo tolerare poſſit. Eum vtique non oportet in Septentrione quaerere, vbi non ſolum breuiori tempore aër calet, ſed etiam minori gradu, vt omnino non intelligam, quomodo ſint, qui ſcripſerint, calorem in vniuerſo terrarum orbe, omnibus computatis, ſumma totius anni inita, fere eundem eſſe. Etſi enim nonnunquam aeſtiui calores in borealibus ad ſolem 100, et paulo vltra, graduum fuerunt, in Islandia, Petropoli, in ſinu Hudſoni: in tabulis tamen nuperorum itinerum marinorum *p**) ſub gradu 69 calor ſummus fuit 72 gr. Fahrenh. Borgeſundi in Norvegia non ſuperauit 70 gr. *q**). Et qui balaenas in ſummo Septentrione perſecuti ſunt, media aeſtate gr. fere 32 Fahr. repererunt.

Moſambicenſen aut Suaquenſem calorem nimium credas, in quo ſigilla liqueſcant *r**), plumbeaeque glandes et calcei torreantur, et cutis decedat *ſ*). Neque tamen penitus fabuloſas vel iſtas hiſtorias dixerim, quoties eas cum venti Samiel, aut Harmattan violentia comparauero, qui in deſertis circa Euphraten fluuium, Iamaicae et alibi, ſubito mortales occidit *t*), etiam vna die ad 4000, et pecora, quae deprehendit, necat, faciemque amburit *u*), vt rubra tumeat, quaſi ab ebulliente aqua percuſſa, et aquae calorem eundem imprimat, qui ſanguinis eſt *x*). Ipſe iam ſirocco ventus Italis moleſtus a 72 gr. thermometrum coëgit ad 112 aſcendere, et denique languorem facit, aegre tolerabilem futurum, ſi diuturnus eſſet *y*). In Carolina calor 88 gr. ſomnum aufert et gradu iam 97 vel 98 aegre fertur.

Deinde in ipſa mea patria non rarum eſt, ictus ſolis ſubito aut graues capitis morbos facere, aut ipſam mortem. Pekingi intra vnicum diem, cum calore tantum 103 graduum, plurimos mortales interiiſſe lego.

Demum

*o*) CHALMERS *diſeaſes of South Carolina* p. 19. 22. 81. 26. 27. 130. 131. 133.

*p**) *K. Swenska Wet. Handl.* 1759.

*q**) *Act. Societ. Drontheim.*

*r**) BOYLE *nat. hiſt. of the air* p. 165. KAEMPFER p. 322.

*ſ*) LVDOLPH *hiſt. Acad.* l. c.

*t*) Quatuor millia hominum occidit THEVENOT T. II. L. 2. c. 10. 16. vide KAEMPFER p. 671. BALBY *itin.* p. 33. Eſt Alſeman AVICENNAE L. I. D. II. doct. 2. c. 8.

*u*) CHARDIN T. IX. p. 223. 224. 225. qui in Caramania ipſe expertus eſt, et T. IV. p. 22. THEVENOT *voyag.* T. III. L. I. c. 10. 11. 12. DAMBIER *of winds* p. 50. In arenoſis Barbariae BOYLE *hiſtor. of the air* p. 150, in Agypto MALLET T. II. p. 366. ed. belg. Habet etiam PERRY p. 256. et KAEMPFER.

*x*) THEVENOTVS, niſi fallor, T II. c. 34. 80. nec enim nunc ad manus eſt.

*y*) BRYDONE Aponenſes calent $52\frac{1}{2}$ gradu: ſi Reaumuriani ſunt, erunt gradus Fahr. 134. VANDELLI *diſſert.* p. 7.

Demum peculiaris ille calor, quem in balneis experimur, pleroſque in orbe terrarum liberi aëris aeſtus aut aequat, aut ſuperat. Aquae equidem minerales ad 114. 116, demum ad 150 ad 187 Fahr. vt in *acqua di S. Angelo* et *delle Colate* z) ad 189½ gr. Piſciatellae ad 190, vt in Philippinis inſulis, ad 190, vt in thermis *Aix en Foix*, ad 192, vt Caſcianenſes thermae. Non tamen ideo eo gradu ſummum calorem continuerim, quem homo tolerat. Fert enim certa per exempla dudum nota 97. 98. 99. *a*), 100 *b*), 100 *c*) et 116 gradus *d*), licet Cl. *le* MONNIER calorem 40 graduum Reaumurianorum, ſiue 120 fere gr. Fahr. tolerare non potuerit *e*). Sunt porro aegri, qui etiam 42½ et demum 47 gradum Reaum. per 7 vel 8 minuta in thermis ferant *f*), qui eſt 138 gr. Fahr. diutius toleraturi, ſi conſuetudo *g*) acceſſerit, multum enim ea poteſt. CELSIVS in hypocauſtis Finnicis tolerauit gr. 50 ſuos, inde didicit 60 ferre, et ſunt, qui ferant 75, qui aequales ſunt gradibus Fahrenh. 167. Facilius vero tolerari ſiccum calorem, quam humidum, ibidem lego *h*). Quare etiam puella illa *du* HAMELIO dicta calorem fornacis per 15 minuta ferre potuit, qui erat 135 gr. Reaumur. et aequabat gradus caloris Fahrenh. 336, calorem ideo multo maiorem eo calore, quo aqua ebullit. Demum in illo aeſtu Caroliniano, vt aliqui mortales perierunt *i*), ita alii et plerique vitales edurarunt *k*); calor vero Senegallenſis et Carolinienſis etiam a laborantibus in ſole aethiopibus toleratur, et calorem 115 graduum iidem aethiopes *l*) amant. Ita canes in vaporariis incluſi, gradu demum 113 *m*), 115 *n*), 122 *o*) et 146 *p*) perierunt, et tolerarunt



z) *Nic.* ANDRIA.

*a*) Libere in eo calore reſpiratur, SENAC in HEISTER T. III. p. 250.

*b*) MARTINE *anim. ſimil.* p. 144

*c*) In aquis Bathonianis per horas tolerari GLASS *of Bath*, p. 27. Gradum 39. Reaum. pleriſque conuenitre, *Mem. de l' Acad.* 1752. p. 637. ſed is eſt Fahr. 113.

*d*) In Ruſſorum vaporariis 108 et 116 gradu calentibus per integram horam durant GMELIN *Flor. Sibiric.* praefat. p. LXXXI. Pene ardentem calorem ferre WEBER *veränd. Rußland*, T. I. p. 22.

*e*) *Mem. de l' Acad.* 1747. Multos non vltra gradus 36 ferre *Memoir.* 1752. p. 637. aut 113 grad. Fabr. PLANCVS *aqu. Piſan.*

*f*) *Mem. de l' Acad.* 1757. p. 636.

*g*) In balneo vaporis prima die vix 6 minutis durant et pene diffluunt, inde ad 15 minuta edurant SPRINGSFELD *it. Carlsbad.* p. 262.

*h*) *K. Swensk. Wet. Handl.* 1765.

*i*) Etiam in Europae aeſtibus nonnunquam homines et animalia ſubito perierunt MASSA *de febr. peſtilent.* p. 146. DERHAM *phyſ. theol.* p. 17. die 8 Iul. 1707. Gamroni et homines pereunt, et canes KAEMPFER, p. 721.

*k*) *Phil. Tranſ.* n. 478.

*l*) CHALMERS l. c. p. 18.

*m*) DVNZE *exp.* I.

*n*) *Exp.* 2. 5 et 119 gradus.

*o*) *Exp.* 3. *p*) *Exp.* 4.

runt gradus 106 *q*), 109 *r*), 120 *s*), 126 *t*) et demum 146 *u*) in noſtri DVNZII experimentis. Sed etiam in *du* HAMELII et TILLETI experimentis, cuniculos in calore 57 ad 59 Reaum. ſ. gradu 158. et 161. Fahr. vixiſſe videas. Idem Ill. Collega nuda animalia citius perire annotauit, quam operta veſtibus, vt calor cutem penetrare, febremque excitare minus poſſet. Porro RICHMANNVM calorem 125 graduum tuliſſe teſtis eſt I. A. BRAVN.

Demum etiam hunc aeſtum nupera experimenta ſuperare poſſe euicerunt. Canis *x*) quem 146 gradus dicebatur occidiſſe, ſanus tolerauit 220 gr. Deinde academici Angli gradus 198. 202. 210. 224 tolerarunt *y*), maiores, quam eſt aeſtus ebullientis aquae. Verum etiam iſtos aeſtus ſuperauit ille, de quo *Caroli* BLAGDEN teſtimonium extat, calor nempe 244 et 260 graduum, vt anxietas poſt octo minuta accederet *z*).

Maiorem ardoris exceſſum animalia frigida ferunt, ſi cum innato calore ſui ſanguinis comparaueris, et conſtantem atmoſphaerici caloris tolerantiam. Primum in aquis calorem humani ſanguinis aequantibus cyprini perpetim viuunt *a*); qui tamen calor totis, ad minimum, 92 gradibus *b*) calorem, ſanguini eorum piſcium familiarem, ſuperat, vt exceſſus inde idem ſit, qui foret, ſi homo in calore fere 200 graduum viueret. Haec vero omnino multo maiora ſunt, poſtquam nuper didicimus, in Philippinis inſulis aquas eſſe 189 *c*) Fahr. calentes, in quibus piſces viuant. Haec animalia cum ipſa ponas gradu 54 Fahrenheit. calere, nunc elemento 189 gr. calente viuunt, quod totis 120 gr. eorum natiuum calorem ſuperet, eiusque plus ſit, quam triplum, fere gr. 288. Ranas in Budenſi bulliente aqua ſuperuiuere olim BVSBEQVIVS. Arbores calorem ferunt 69 gr. Reaumur. et buccinum Ill. STRANGE teſte viuit in thermis 88 graduum, cui calor natiuus ſit pauciſſimorum graduum ſupra 20.

In

*q*) *Exp.* 6. per quatuor horas cum dimidia.
*r*) *Exp.* 6. Venaeſectione reuocatus eſt, qui eum calorem tolerauerat, p. 21.
*s*) *Exp.* 3.
*t*) Poſt ſeſquihoram demum in eo ardore periit canis *Experimenti* 5.
*u*) Demum poſt 57 min. periit canis *experimenti* 4. in calore 146 gr.
*x*) *Phil. Tranſ.* T. LXV. p. 1. cum ad 110 gr. animalis calor deſcenderet.
*y*) *Matth.* DOBSON *Phil. Tr.* LXV. p. 2.
*z*) Ibid.
*a*) LVCAS l. c. p. 205. 206. In calore gr. 72. viuunt MVSSCHENBROECK *inſtit. phyſic.* p. 122. inque tepidis oris thermarum ebullientium VALISNERI *oper.* T. III. p. 471. 472. T. V. p. 112. Ad gr. R. 27. 29. 38. viuunt cantharides et buccina VANDELLI p. 52. tepet autem aqua 27mo. In thermis piſces et ranae viuunt CONRING *calid. innat.* p. 42. 43. inque thermis Islandiae calentibus ANDERSON p. 17.
*b*) PLANCVS *in therm. Piſan. deſcr.* p. 40.
*c*) *Philoſ. Tranſ.* p. 1.

In ſummo vero aeſtu calor corporis humani non ſequitur calorem aëris. Dudum *Beni.* FRANKLIN *d*) annotauit, ſe in aëre 100 gradu calente omnibus ambientibus corporibus frigidiorem fuiſſe, et hydrargyrum ex aëre exemptum ſub alis deſcendere vidit L. CHALMERS: deinde in calidis thermis 124 gradu humanus calor non ſuperauit 112 *e*). In experimentis Cl. BANKS et ſociorum calor humanus neque ſupra 108 aſcendit, neque aëris calorem ſiuit in eo ſummo gradu aquae feruentis perſiſtere, ſed a 211 gradu depreſſit vsque ad 198 *f*). In calore aëris 120 et 130 gr. calor hominis ſub lingua eſt 108 gr. *g*). Aër 220 gr. calet, canis non ſupra 110 *h*).

Non ideo nimii caloris in aëre ambiente nulli ſunt effectus. Pulſuum numerum vehementer creſcere diximus; ſpiritus etiam laeditur et anxietas ſuperuenit, et intolerabilis demum ſenſus eſt aeſtus, neque absque periculo experimentum foret, niſi homo fuga ſe letho eriperet. Quare neque mirum eſt, denique in maiori caloris gradu animal perire. Auicula in calore 65 gr. Reaumur. ſ. 178 Fahr. periiſſe dicitur, ex febre, vt credit Cl. TILLET, putrida *i*), neque tamen etiam poſt eam ſanguinis violentiam putredo apparebat. Ex calore cubiculi lipothymia et pene ſuffocatio HAGÉDORN. Sed etiam in aquis hoc ipſo gradu calidioribus, quarum aeſtus ad gradus Fahr. fere 113 aſcendit, etſi piſces pereunt *k*), ranae tamen viuunt *l*), quarum ſanguis 40 gradibus minus calet: quae iterum memorabilis eſt caloris tolerantia.

## §. III. *Calor Humanus varius.*

In thermometro ſub alas hominis dato argentum viuum ad 32 Reaumurii *m*), 94 *n*), 95, 96 *o*), 98 *p*), 99 *q*) Fahr. gradus in temperato aëre aſcendit,

*d*) Ap. BROWN *de viribus atmoſphaerae*, Edinburg. 1770. et FRANKLIN *lettres on differents ſuiets* p. 101.

*e*) HAYGARTH ap. FALCONER II. p. 182.

*f*) LVCAS ibid de aquis etiam Porcetanis.

*g*) *Phil. Tranſ.* T. LXVI. *h*) *Phil. Tranſ.* T. LXV. p. 2.

*i*) *Mem. de l'Acad.* 1769.

*k*) Pereunt in gradu 96 MVSSCHENBROEK. In calidiſſimis aquis ranae pereunt TARGIONI *viaggi* T. II. p. 419 De Porcetanis LVCAS *of waters* T. III.

*l*) COCCHI *delle bagne di Piſa* p 59.

*m*) In thermis Aponenſibus plantae viuunt MAPPVS *de potu calido*, p. 27. *Mem. de l'Acad.* 1734. p. 562. 563. 1738. p. 492.

*n*) BOERHAAVE *Elem. Chem.* T. I. 415.

*o*) SCHWENKE p. 44. 46. RVTTY *ſynopſis of miner. waters* p. 594. FAHRENHEIT apud MARTINE, A. *de* HAEN l. c. p. 153.

*p*) MARTINE *anim. ſimil.* p. 142. de ſuo calore *Eſſays* p. 335. In Minorca inſ. 98, et ſemel 100 RVTTY l. c.

*q*) MATTY *Journ. Bibl.* 1750. p. 447. Nimis frigidum ſanguinem fecerat BOERHAAVIVS, qui calorem humanum ad 92. gr. Fahr. calculis poſitis putat. *Veget. ſtat.* c. 1. p. 59. et

dit, vt alius homo alio feruidiorem temperiem nactus eſt, et diutius menſura adhibetur *r*). Sanguinis ipſius, aut viſcerum abdominis viui animalis aliquanto maior *s*) calor eſt, vt vno, duobusue gradibus Fahr. ſuperet. Accuratius Cl. *Ant. Martin* ROLANDI fil. reperit calorem humanum eſſe fere 36, 37 gradus Celſii, qui fere eſſent 96 gr. Fahr. Vrinae et lactis fere 93½ calorem aeſtiuo aequales et paulo maiorem; calorem in ala et inguine fere 93½, in pectore 90 *t*).

Calorem hunc paulo maiorem facit Cl. HOME, vt infante nuper nato ſit a 94 ad 100; anno 4½ a 94 ad 99; aetate media a 95 ad 98, in ſenibus a 98 ad 100.

Iterum calor vno, alteroue gradu veſperi, quam matutinis horis, maior eſt, et per noctem decreſcit. Nuper Cl. BRAVN *u*) reperit calorem in ore hominis eſſe 97½ gr. calorem vrinae vno gradu, vel 1½ maiorem. In febre hominem caluiſſe ad vsque 108 gr.

Inde Cl. *Antonius Martin* ROLANDI fil. variis experimentis reperit, in variolis calorem pectoris fuiſſe 37 gr. Celſii; eundem calorem in manibus 36, pedum 34. Deinde tertio die calorem in pectore et in manu 38. Iterum alarum calorem 35, pectoris 34, manus 36, pedum 31.

Inter animalia multa ſunt, quae aliquanto magis calent, vt ex quadrupedibus carniuoris canes *x*), feleſque *y*), et cuniculi, quorum calor eſt fere 103 *z*) graduum, tum porci, phocae, ſanguinei animalis, quibus 102 in cute, et 103 graduum in abdomine calor eſt *a*). Deinde aues etiam iſtas beſtias ſuperant. Inter femora enim gallinarum, et columbarum, et monedularum liquor thermometri ad 103, 104, 106, 107, 107½ et 108 gr. aſcendit *b*); in anſere ad 107⅗, in rubicilla ad 111½ *c*). In corde monedulae *d*) 109 gradus WHYTTIVS reperit, in recto inteſtino 107½.

Sed

et Cl. SAVVAGES, qui 30 Reaumurianos gr. admiſit *effets de l'air* et magis adhuc PITCARNIVS apud MARTINE, qui 90 Fahr. Nimis calidus potius ſit, ſi dimidium calorem aquae ebullientis ipſi tribueris, *Ph. Tr.* n. 27.

*r*) HAEN l. c. p. 157. ad ſex demum gradus liquor per moram aſcendit.

*s*) MARTINE *anim. ſimil.* p. 174. *Eſſays* p. 336. 337. 338. WHYTT *Phyſiol. eſſays* p. 16. non adeo 12 gradibus, vt *Theophilus* LOBB *de febrib.* n. 259. Vrinam quatuor gradibus calidiorem facit HALES l. c.

*t*) In K. *Swenska Acad. Wet. Handl.* 1764. 4. 1768. trimeſtr. 2. 1773. trim. 3.

*u*) N. *Comm. Acad. Petrop.* XIII

*x*) MARTINE *anim. ſimil.* l. c. *eſſays* p. 336.

*y*) Sanguinis calor duobus gradibus maior eſt.

*z*) BRAVN.

*a*) MARTINE ibid. p. 337.

*b*) MARTINE *anim. ſimil.* p. 142. *eſſays* l. c. WHYTT l. c.

*c*) BRAVN. *d*) WHYTT.

Sed etiam in hominibus per febres calor maior naſcitur *e*). In febre rubra tantum fuiſſe aeſtum legimus, qui de faucibus aegri exibat, vt medicus caput a vapore detorqueret *f*). In morbo boum ſanguis calidiſſimus *g*) etiam ad tactum fuit, inque malignis febribus aeſtus acerrimus *h*). Fuit, quae balnei aquam ſuo vehemente aeſtu calefaceret; calida vero aeſtimatur aqua, quae 100 gradum attingit. In pleuritide inſ. Minorcae *i*) aegrotantium aeſtus fuit grad. 102 et 104, idemque 102 grad. in flaua febre *k*), in febre vero intermittente 104 *l*) gr. et alias 106 et 108 *m*), in continua ad 109 *n*). Vltimum gradum caloris MARTINVS et NAESMAN ad 110 grad. Fahr. fixerunt. Certe, qui ſummus caloris animalis gradus eſt, is in cane fuit, quem *Arnoldus* DVNZE vaporario 146 gr. calenti incluſerat. Is tamen in abdomine 110 grad. non exceſſit *o*), in homine 112 *p*). Vnicum enim experimentum nondum recipio, hominis, qui manus ſuae calore thermometrum Fahrenheitianum fregerit, qualia ſpiritu vini repleta 112 gradu terminantur *q*). Neque Surinami, in calidiſſima regione, ſanguis magis incaleſcit, quam noſtratibus. In ore enim ipſo thermometrum gradum 94 ad 97½ indicauit *r*), et calorem humanum cum calore aëris non pariter intendi, neque ſub aequinoctiali linea, quam in Europa, maiorem eſſe, annotauit Ill. SENACVS, *s*) neque in maxima febre vltra 8, vel 10 gradus calorem animalem ſuperare *t*). In nuperis Britannorum periculis vidimus calorem humanum non ſupra 108 grad. aſcendiſſe, etſi calor atmoſphaerae ad 200 et 260 grad. auctus fuerat. Quare putarunt Cl. viri gaudere hominem vi, quae calorem in atmoſphaera minuat. Id repugnat experimentis alias repetendis, quae oſtendunt, hominem aërem ambientem per reſpirationem phlogiſto ſaturare. Quare non plus inde deduxeris, quam eam eſſe legem, vt nulla violentia caloris exteri in viuo animale calorem ſupra 112 poſſit augere.

§. III*.

*e*) NAVIER *ſur pluſieurs maladies populaires.*
*f*) *Fraenkiſche Anmerkungen* T. II. p. 105.
*g*) HVXHAM *ſore troat*, p. 58.
*h*) Cl. CHOMEL in theſi *Ergo tumidis haemorrhoidibus hirudines.*
*i*) CLEGHORNE *of Minorca*, p. 245. 246.
*k*) *Eſſays Medical and litterary of a Society at Edimburgh*, T. II. art. 29.
*l*) SCHWENKE p. 57.
*m*) MARTINE *Eſſays*, p. 342. SCHWENKE p. 77. Tantum 100 in quartana SCHWENKE.
*n*) *Ant. de* HAEN, p. 168.
*o*) DVNZE *exp.* 4. p. 26.
*p*) SAVVAGES *inflamm.* p. 238.
*q*) WOLF *vernünftige Abſichten* n. 208.
*r*) *Allgemeines Magazin*, T. V.
*s*) l. c. T. II. p. 247.
*t*) Idem ibid. p. 246.

### §. III*. *Electrica Materies.*

Sequitur, vt de elemento agam duplici, pariter, vt halitus, volatili, quod nuper in ſanguine Cl. viri ceperunt admittere, et cuius leuem quendam hic guſtum offero, cum rem nouam, nondum ſatis conſtitutam, nullo meo proprio experimento illuſtratam, omnino indicare potius poſſim, quam plene exponere.

Primum *electrica materies* in ſanguine noſtro perinde, vt in omni alio fere corpore, reperitur, ignea ea, cum phlogiſto comparata proxime affinis *u*), odore certe proprio phlogiſti *x*) ſubgraui, potentiſſimarum eadem virium. Ea in ſolito corporis humani ſtatu nullum ſui indicium edit, aequabiliter, vt videtur, per vniuerſum corpus diſtributa.

Eadem quando in torrentem per frictionem incitata, vel in corpus humanum congeſta, ſe in vicinum corpus exonerat, minus vbertim ea dotatum, vel viciſſim ex corpore electri pleno in noſtrum, minus eo elemento diues, recipitur, inſignes vtrobique effectus edit. Scintilla nempe ex quacunque corporis parte educta ignis vim habet, vaporem pulueris pyrii et ſpiritus vini accendit, in corpore noſtro, qua ſcintilla recipitur, dolorem facit inſignem et concuſſionem, quae late propagatur, vti maior eius vis eſt, demum ſi ſcintilla potentior, et ictus validior fuerit, animalia minora occidit, laceratis eorum vaſis, et effuſo ſanguine: potentior etiam magna animalia denique necat, qualis ex ferreo cylindro exiens, cum ſcintilla atmoſphaerico electro tonitruali onerata eſſet, RICHMANNVM ſubito exanimauit. Singulare vero eſt, ictum in caput electricum animal fere occidiſſe, vt tamen ictus in ſternum datus idem *y*) ſuſcitaret.

Idem elementum in torrentem incitatum pulſum duplo accelerat *z*), et humorum motum duplo auget, reſpirationem incitat, ouorumque excluſionem praecipitat.

In ſanguine habitat, et de ſanguine ex vaſis effuſo ſcintillae ſpecie exſilit, et conſpicuum etiam de vena inciſa cum ſanguine exſiluit, vt de muſculo, tendine, neruo.

Negatiua electricitas contraria facit, et liquorum motum retardat. Cum perſpirante materia Sanctoriana potiſſimum de pilis *a*) et plumis pſittaci emicat.

In

*u*) WINKLER *qua ratione ignis et mater. electric. cet.* p. 167.

*x*) GERHARD *Mem. de l'Acad. de Berlin*, 1752.

*y*) *Coll. Hafnienſ.* II. p. 60.

*z*) GERHARD *Mem. de l'Acad. de Berlin*, 1772. KÖSTLIN *de effectibus electricit. in corp. organ.* Tubing. 1775. 4.

*a*) CASTILLON in ſe ipſo *Berlin. Magaſ.* II, p. 485. 486.

In dorſo felium notiſſimum, etiam in nonnullis hominibus abundat, vt electricas ſcintillas de linteis excutiant, quibus amiciuntur *b*). Limbus electricus de corpore humano vndique exhalat *b**).

Per communicationem electrici *b***) ſunt nerui, cula *), fibra lignea. Non recipiunt electricam naturam pars ſeroſa ſanguinis, ſeri, muſculi ſicci, inteſtina ſicca, gelatina ſicca. Perfert et communicat oleum animale, medulla, lympha, vngues, capilli. Conductores ſunt globuli rubri, ſal vrinae fuſilis, inteſtina, oſſa recentia, cutis humida, nec ſicca; et vno verbo videtur per experimenta confici, corpora animantium ſicca non eſſe electri conductores, et quae videantur conductores eſſe, ea in ratione aquae, quam continent, eo officio fungi.

Potentiſſimus ſtimulus idem electrum eſt, qui muſculos et cor ipſum ad motum ſuſcitat, quo tempore ad omnes alios ſtimulos obſurduerunt. Vidi in gallinis aquis merſis tactum electrica virgula muſculum caudam animalis, et crus erexiſſe, vitam tamen non rediiſſe. Eadem eſt ſcintilla, quae nunc demum de anguilla ſtuporifera conſpicue emicuiſſe viſa eſt, vt concuſſionis electricae torpedinis non alia cauſa ſit.

Idem electrum corrigit aërem *b****) clauſum nec renouatum, et animal refocillat, quod in eiusmodi aëre periturum anhelat.

pag. 37. l. 16. et in animalibus carniuoris *g*), herbiuoris mitior *lege* grauiſſimus in variolis *f**) aliisque acutis morbis *f***). Cum ſeri odore comparatus eſt *f*†).

Sed etiam vrtica marina, quae ab vrendo nomen habet, vaporem, dum ſe conſtringit et dilatat, emittit, qui oculos acrimonia inflammat *f*††). In animalibus carniuoris faſtidior eſt *g*), herbiuoris mitior. De eo odore, qui epidemia Neapolitana *g**) infecti fuerant, ipſi querebantur, et a miliari febre mori vidi, qui mortem ſuam ſe olfacere clamabat.

ibid. l. vlt. *adde* Lochiorum ſanguis foetet *h**), ſed id loco tribuas, ex quo fluit, et ſtagnanti in calore cruori.

 Vtique

*b*) ROVX *Journ. de medec.* Sept. 1775. Nov. 1776.
*b**) PONCELET.
*b***) ROZIER, 1776.
*) *Caro* forte legendum eſt. *Not. Edit. hui. auct.*
*b****) SCHINZ *de electric.* p. 28.
*f**) *Barthol.* MESNY ap. TARGIONI *raccolta,* III.
*f***) P. G. WERLHOF *oper.* p. 140.
*f*†) BVTT *ſpont. ſepar.* p. 56.
*f*††) BERTHOLET *de l'air.*
*g**) FASAN. p. 204.
*h**) BÜTTNER *Kindermord.* p. 12.

Vtique magis exhalat in calore maiori, et plus ſeri etiam de grumo ſecedit *h***).

*Paragraphum quartam excipit in noua editione.*

§. IV*. *Phlogiſton.*

Phlogiſton, ſ. id quod ignem capit, purum, aliud eſt a pinguedine, quae praeter id inflammabile plurimo acore conſtat. Huius elementi incipimus dotes aliquas deterere.

Phlogiſti odor cum acore in electrica eſt materie *p**). In alimentis habitat, et a natura animali in electrum perficitur *p***).

Eius certa portio in ſanguinis parte rubra ſalubriter ineſt. Pars ſuperflua *p****) de pulmone exhalat, niſi exhalaret magnorum morborum cauſa futura. In ſanguinem ex aëre tranſiens eum reddit inflammabilem. In adipe etiam abundat *p*†). A phlogiſto calorem eſſe, et a ferro ruborem pute hunc a ferro phlogiſton accipit *).

Eidem phlogiſto motum muſcularem tribuit Cl PRIESTLEY. Per vniverſum autem etiam continuo exhalat, et aequilibrium requiritur ad hominis integritatem, inter id phlogiſton, quod ab alimentis accedit, et id, quod exhalat *p*††).

Longius progreſſus I. HVNTERVS *p*†††) ſanguinem viuere docet, et in vaſa coagulatum ſe fingere. De iſta quidem hypotheſi dicemus, quando de formatione partium corporis animalis dicetur. Vitam noſtram in humore eſſe, cui pene toti amiſſo ſuperuiuimus, omnino non videtur probabile.

pag. 38. l. 18. *poſt* moram *adde* in vaſe ampliter aperto, lentius in clauſo *q**)

ibid. l. 19. *poſt* aſcendunt *adde* qualis etiam aquula de compuncta placenta per foramina ſtillat. Eadem aqua ſuper cruorem natat, magna cet.

p. 39. l. 7. *poſt* rubet *adde* Partem colorantem ſanguinis perexiguam eſſe [1]) novimus, et magnam vim aquae tingere, etiam millecuplam [2]), et globulum ipſum

*h***) BVTT *ſpont. ſangu. ſepar.*

*p**) GERHARD l. c.

*p***) PRIESTLEY *ſur differentes ſortes d'air.*

*p****) MOSCATI

*p*†) Id

*) Neſcio profecto, quae conueniat his verbis medela; quanquam enim ruborem a pute commate ſeparandum, et *puto* loco pute legendum eſſe opinari aliquis poſſit, tamen non video, qua ratione phlogiſton ruborem a ferro accipere queat; etenim inflammabilem equidem materiem omnis potius coloris expertem exiſtimauerim. *Not. editor. huius auctar.*

*p*††) Idem.

*p*†††) *Comment. Med.* XI.

*q**) BVTT p. 6.

[1]) BVTT l. p. 40. [2]) Ib. p. 41.

ipſum rubrum ſubuiridem eſſe [3]), atque a phlogiſto [4]) demum ruborem concipere, et demum nigrum fieri, ſi repletus phlogiſto, in aëre phlogiſton recuſante detentus, ſe ſuo phlogiſto per exhalationem non poſſit liberare [5]). Ea omnia cum meis experimentis comparata eo redeunt, vt totus quidem globulus ruber ſit, in centro vero iſte rubor congeſtus intenſior appareat.

ibid. l. 14. *lege* permiſſum.

ibid. l. 22. *Petrus van* MVSSCHENBROEK rationes ---- tum 1084 et 1027 *c*) *lege* Sollicita cura *Petr. van* MVSSCHENBROEK *c*) haec pondera definierat. In homine ſanguinem totum reperit ad aquam ſe habere vti 1046 ad 1000, cruorem ſolum vt 1084, ſerum ſolum vt 1027 ad 1030. In cane ſanguis arterioſus erat 1082, venoſus 1062. In agno ſanguis pendet 1060, ſerum 1019. In vaccis ſanguis 1058, ſerum 1042.

p. 42. l. 9. *poſt* circumfluit *adde* Eluta placenta quaſi in celluloſum reticulum abit, in quo laminae ſunt.

ibid. l. 11. *poſt* ruforum *adde* hominum

ibid. l. 13. *poſt* Europa *adde* aucto calore etiam magis vt ad 125 grad. Fahr. *g*). Maximo in aeſtu omnia fluida corpora diſſipantur.

ibid. l. 19. dum *lege* in qua

p. 43. l. 7. *poſt* indureſcit *adde* et ſimilia in fila, coriique ſpeciem in aneuryſmatibus coit.

ibid. l. 12. *adde* Id quidem non recuſauero, ſecedere ſenſim globulos ipſos, fundumque petere, per Cl. DAVIES experimenta.

ibid. l. 14. *poſt* circa *adde* 125,

p. 44. l. 7. *poſt* minori *adde* in maiore tamen celerius

p. 45. l. 10. Sanguis in petechiis ſub initia morbi ---- ſi fluidus de vena prodierit *lege* In morbis acutis deterioris generis ſanguis in principio ſaepe ſani ſimillimus; alias et fluidus eſt, et coccinei coloris, vt tamen placenta cruoris tenerior ſit *a*). Alias omnino cruſtam habet, vt in febre inflammatoria innatantem, aliquando denſam, tenuem alias, ſub qua nonnunquam ſanguis diſſolutus et tenuis ſit *b*). Alias omnino nihil peculiare oſtendit.



[3]) MOSCATI. [4]) Id. ib. [5]) Ibid.

pag. 39. not. *u*) *adde* BVTT p. 49.

pag. 42. not. *l*) *adde* etiam Cl. BVTT p. 6.

*a*) HVXHAM *of fevers* T. II. p. 83. *of ſore troat*, p. 31. 39. In principio anginae malignae denſus, poſt aliquoties ſectam venam merus nunc ichor eſt, MOVLTRIE *febr. flau.*

*b*) WARREN *of the yellow fever*, p. 11. LININGS *Eſſ. med. and philoſ.* T. II. art. 29. HVGHES *nat. hiſt. of Barbad.* p. 38. *Nouveau voyage de Guinée*, p. 311. Floridus absque ſero cogitur, poſt triduum vero flauus eſt, et naturam coagulabilem exuit. In variolis diſſolutus educitur, ſic in petechiis, HVXHAM *of ſore troat*, p. 37. *of fevers* p. 52. 53. 58. 59. 62.

Verum paucos intra dies haec ita mutantur, vt nulla nunc cruſta coriacea coëat, et vniuerſus ſanguis tenuis, niger aut decolor, glutinoſa natura deſtitutus appareat; demum in peculiari illa maligna inſularum Antillarum et regionum tropico ſubiectarum febre tota corporis vniuerſitas, ipſe demum adeps, flauo colore ſuffundatur, et ſerum ſanguinis potiſſimum flauum ſit. Ita variolae ſanguinem diſponunt, vt cruor ruber facillime diſſoluatur *b**).

pag. 46. l. antepen. neque malum auxilia fere admittit *lege* neque vulgo putetur, id malum auxilia fere admittere,

ibid. l. penult. *poſt* nequit *adde* Neque tamen hoc triſte praeſagium adeo fidum eſt *u**), quin ſubinde in variolis, petechiis, aliisque febribus putridis, poſt haec funeſta ſanguinis diſſoluti indicia, homo mortis periculo eripi potuerit, et ſanguini prior denſitas reſtitui, cortice peruuiano, et acore potiſſimum minerali adhibito. Cl. *Proſper d'*EMPORTES, qui in Dominici inſula medicinam fecit, eiusmodi haemorrhagias minime reformidabat, neque infelix Iamaicenſis medicus WILLIAMS.

Ceterum horum omnium teſtimonia adeo numeroſa coram habeo, vt omiſiſſe maluerim, ne lectori taedio ſim.

ibid. l. vlt. *adde* et ipſum vnguen articulorum, et adeps, et lac.

p. 47. l. 10. *lege* eam aeſtimauit

ibid. l. 17. *poſt* HOFFMANN *adde* et nuper Cl. DAVIES

p. 48. l. 10. *adde* Multa vero ſunt, quae hanc portionem turbant. Si ex amplo vulnere ſanguis ſaliuerit, plus fere in ratione 3. 2. ſeri ſecedet, quam quidem ſecederet, ſi vulnus exiguum fuiſſet, idem etiam maiori parte ſeri liberatum craſſamentum ſolidius erit *u**), et ſanguis, qui pleno flumine exundauerit, plus ſeri amittit; minus, qui lente ſecundum brachium labitur *u***).

p. 49. l. 3. *lege* Porro

ibid. l. 13 *lege* Contra aeſtiuus ſanguinem in Carolina meridionali ita diſſoluit, vt exigua de grumo portio ſuperſit *k***). Contra in morbis, quo quisque cet.

pag.

SCHWENKE p. 129. LISTER *de variol.* p. 98. BIANCHINI *lettere* p. 135. In pariſienſi morbo, celeriter ad mortem tendente, ſanguis tenuis fuit, vt pulli cruor *Mem. de l'Acad. des ſc.* 1749. p. 119. In angina maligna ſimilia habet HVXHAM *of ſore troat*, p. 52. et in febre noſodochiali iam prouecta PRINGLE *de morb. caſtrenſ.* p. 296. Sanguis in malignis amittit mucoſum elementorum vinculum BORDEV *du pouls*, p. 303. In peſte ſanguis floridus et ruber eſt *Obſ. ſur la peſte* p. 343. In vaccarum lue diſſolutus eſt, HANNAEVS in libello de ea lue proprio, p. 19. *Hannöuer. Viehſeuche* p. 27. Ipſe adeps motus eſt ENS *morb. oſterod.* p. 81.

*b**) SARCONE *vaiuolo*, p. 136.

*u**) p. 33.

*u**) BVTT l. c. p. 12. *u***) p. 13.

*k***) CHALMERS *diſeaſes* P. I. p. 114.

pag. 50. l. 11. *poſt* animalibus *adde* et in pullo, qui ouo continetur, calido animali *s**)

ibid. l. 13. neque microſcopii *lege* ne microſcopii quidem

ibid. l. ead. Non absque ratione frigida animalia - - - - quae meos veri cupidos oculos fugerunt *lege* : um enim tenuem liquorem continuatus motus demonſtrat, quando vno globulo ex quiete in motum acto, alius longe diſtans globulus, et demum plures globuli in motum reuocantur, quae continuitas communicati motus locum habere non poſſet, niſi primus globulus cum ſecundo per inuiſibilem liquorem coniungeretur. Mecum ſentit Cl. SPALANZANVS.

Hos globulos in propriis oculis meis ſaepe vidi, quando ciliis lumen candelae excludebam. Tunc enim in oppoſito linteo, vel in charta, et cylindrica vaſa, et globuli per ea vaſa celeriter moti nudo oculo conſpiciuntur. Eosdem etiam globulos vidi, cum per exiguum foramen inſpicerem. Haec experimenta fuſe et ornate Cl. MEISTERVS deſcripſit.

Sed ſanguinem de vaſe eximere, aqua diluere, inter duas talci laminas recipere non placet: his enim artificiis natiua globulorum figura mutari poteſt.

p. 51. *Decima paragraphus in noua editione ita orditur:* In horum globulorum hiſtoria oportet ſollicitis et lentis paſſibus progredi. Cum enim nuper plures inſignes viri in cruoris globulis microſcopio contemplandis verſati fuerint *I. Maria a* TVRRE, *F.* FONTANA, *Guil.* HEWSON, *Lazarus* SPALANZANVS et alii, mirum eſt, quam diuerſa ſint, quae quisque horum clar. virorum vidiſſe ſe putat, vt neque inter ſe eos conciliare poſſim, neque cum meis numeroſiſſimis certe contemplationibus. Commune nouiter repertarum cet.

p. 52. l. 12. *lege* et attractione mutua non egent, vt in globulos figurentur.

p. 53. l. 6. *adde* In chylo et lacte globuli etiam ſunt, affinis cum ſanguineis naturae.

ibid. l. 18. *lege* Ego quidem et in frigidis beſtiolis, et in calidis has particulas ſum contemplatus, et quidem plus ducenties; eas vero ſemper cet.

p. 54. l. 1. *poſt* expalleſcant *adde* quod idem et Cl. MEISTERVS vidit, et HEWSONVS

ibid. l. 9. *poſt* percipiatur *adde* Cl. demum viri, et quibus plurimum tribuo, *Lazarus* SPALANZANVS, et *Felix* FONTANA, et Cl. MEISTERVS pariter ſphaericas viderunt et *Caeſ.* POZZI

pag.

*s**) *Huc ſpectant notae t et u* pag. 50.

pag. 54. l. 19. *adde* Cl. vero vir *I. Maria a* TVRRE, microſcopiis inſigniſſime augentibus vſus, vulgaribus quidem vitris, pariter vt nos, ſphaericos vidit acrioribus vero et diametrum 256es et demum 1960es augentibus omnia alia reperit.

Eſſe nempe ſacculos membranoſos quos globulos vocant, complanatos, lymphae plenos, qui ipſi fiant ex tribus ad ſex vsque particulis oblongis; quae particulae et ipſae veſiculae ſint, quae in maiorem annularem ſacculum abeunt, et viciſſim diſcedunt et ſeparantur. Integra vero veſicula, quam globulum vocant, plana eſt et ouata.

Quae cauſa ſit huius a nobis, et fere ab omnibus aliis inciſoribus diſſenſus, nondum intelligo, niſi illa ipſa nimis acris vis microſcopii mutatis vmbris Cl. viro fraudi fuit, qui interim, dum mediocribus vſus eſt vitris, ſimilia vidit noſtrorum.

Inde *Guilielmus* HEWSON ſimplices quidem particulas dixit, tamen vt planae ſint, et veſiculae liquore plenae. Memorabile vero eſt, quod in aqua ſphaericam figuram recuperare fateatur.

Nunc globuli ſanguinei perpetuo in aqua natant, parum ab aqua vulgari diuerſa, et is ſtatus iis naturalis eſt, quem Cl. viro teſte in aqua induunt. In nonnullis etiam animalibus ſphaericos vidit, et eandem craſſitiem in medio ſphaerae, perinde vt nos. Vt omnino de ſolis concluſionibus, non vero de re viſa, inter nos diſcrimen eſſe putem.

Legi et cum ea fide, quam Claris viris debemus. Neque tamen poſſum de mea ſententia diſcedere, qui numeroſiſſima eiusdem ſemper euentus experimenta fecerim, et conſentientes viros peritiſſimos habeam FONTANAM, SPALANZANVM, *Caeſareum* POZZI.

ibid. l. 23. *lege* iisque fere frigidis.

p. 55. l. 11. *poſt* affirmat *adde* Cl. SPALANZANVS in ſalamandra duorum generum globulos facit, oblongos alios, minores alios et ſphaericos, ceterum in omni animali aequales. Cl. HEWSON aliam, aliamque in diuerſis animalibus molem facit, minorem in cete, quam in piſcibus frigidis, in raia ſkate maximam, in pullo maiorem, quam in gallina.

ibid. l. ead. *poſt* experimenta *adde* diſcutienda

ibid. l. 13. *adde* nihil tamen vidi, quod ſuadeat, inaequali eſſe magnitudine.

ibid. l. 15. *poſt* habeat *adde* Noningenteſimae parti pollicis aequalem diametrum Cl. *a* TVRRE facit.

p. 56. l. 5. exponendo *lege* experiendo

ibid. l. antepen. iidem *lege* eaedem.

pag.

pag. 56. l. vlt. *poſt* rubeſcant *adde* vt pluſculis cl. viris viſum eſt, vt rari flaui viſi ſint Cl. *a* TVRRE et REICHELIO.

p. 57. l. 3. *poſt* inſidere *adde* vt mecum vidit Ill. *Felix* FONTANA, et SPALANZANVS,

ibid. l. 8. *poſt* inhaeret *adde* verus tamen rubor ineſt.

ibid. l. 12. *adde* non decet diſſimulaſſe, Cl. SPALANZANVM, cui merito plurimum tribuo, flauum quidem globulorum colorem vidiſſe, ſed ad refractam lucem reieciſſe. Verum mihi quidem, ſi vlla oculo fides haberi poteſt, de flavedine globulorum certiſſime conſtat. Vide quae dixi *a**).

ibid. l. vlt. *adde* Non vero vnquam vaſa animalis viui fere inania eſſe, facile dederim, et pelluciditatem liquoris, quo permeantur, eum inconſpicuum reddere. Nam in eiusmodi vaſis, quae vacua videntur, ſolitarii et longe a ſe inuicem remoti globuli tamen celeriter mouentur, et nouas a corde acceptas ſuccuſſiones ſentiunt, quod quidem fieri non poſſet, niſi cordis impetum liquor aliquis ad anteriorem globulum perferret.

p. 58. l. 13. *adde* Sic in pullo, qui ouo continetur.

ibid. §. XV. *lege Figura num mutabilis?*

p. 59. l. 3. *adde* et *I. M. a* TVRRE,

ibid. l. 5. *poſt* addidit *adde* porro Cl. REICHELIVM, et L. SPALANZANVM vnico fere in exemplo, et *Felicem* FONTANAM.

ibid. l. 14. *lege* alterna.

ibid. l. 18. *poſt* Sed *adde* neque G. HEWSON figuram mutari vidit, neque CALDANVS:

ibid. l. vlt. *adde* Denique Cl. MEISTERVS globulos in proprio oculo ſaepiſſime repetito experimento cum conſpexiſſet, neque figuram variabilem reperit, neque magnitudinem.

p. 60. l. 18. *poſt* diſtinximus *adde* multo, quam globuli rubri, maiores, quos etiam L. SPALANZANVS vidit.

p. 61. *Paragraphum decimam ſextam excipit*

## §. XVI*. *Num ex filis?*

Noua eſt ſententia Cl. viri *I. Henrici* LANGE, qui globulos ſanguinis pro glomeribus filorum habet, in figuram globoſam ita compactis, vt altero fine in centro coniungantur, altero ſe per ambitum diffundant *r**). Eam ſanguinis fabricam putat in morbis acutis mutari, vt globulus in ſuas fibras diſſolvatur

*a**) Vid. Lib. V. Sect. I. §. VII. et auctar. ad hunc locum p. 7.

*r**) *Remed. domeſt.* p. 155. 165. *Nou. verit.* p. 46.

vatur *r***). Verum ea fila neque ego vnquam vidi, neque quisquam Cl. virorum, qui in globulorum natura indaganda laborauerunt.

pag. 63. l. 20. *lege* ſanguineum

p. 64. l. 8. *poſt* HALES *adde* Seri flauos globulos vidit etiam Cl. LEDERMÜLLER et A. C. LORRY.

ibid. l. 15. *adde* Huc reuoces *I. Mariae a* TVRRE experimentum, qui annulares ſuas veſiculas in particulas illas minores oblongas, quibus conſtant, quoties motus ſanguinis acrior vrgeret, diſſiluiſſe vidit.

p. 65. l. vlt. *lege* et voluminis aucti, globulorum maiorum vera ſit, quales LEEVWENHOEKIVS habet.

p. 66. l. 12. *addè* Nuper demum Cl. SPALANZANVS et *Felix* FONTANA et coalitum particularum vnius globuli reiecerunt, et diſſilitionem, tum Cl. DAVIES.

ibid. l. 21. *dele* aut quod ſolitarii apparerent, aut, quod magis probabile videtur,

p. 67. l. 21. quae *lege* ob quam

p. 68. l. 22. *adde I. Maria a* TVRRE idem ſe vidiſſe exiſtimat, quod vidit LEEVWENHOEKIVS, nempe vnum globulum, qui diſſipatus fuerit.

§. XX*. *Aliqua cum globulis facta experimenta.*

Cl. HEWSON globulos cum variis liquoribus et aquis compoſuit. Ab aqua diximus intumeſcere, et in ſphaerulas turgeſcere, et demum diſſolui, quod pene incredibile videtur, qui natiui aquoſi ſeri hoſpites ſint; ab acore non acerrimo pariter diſſolui: non ab alcali: ab alumine, ſpiritu vini et vitrioli corrugari, a putrefactione aſperos reddi, et demum diuidi. Nihil ego huiusmodi vidi, neque figuram aut ab aceto, aut a ſpiritu nitri etiam fumante mutatam, tantum vt terreum, luridumque colorem ab his acidis liquoribus contrahant.

p. 69. l. 22. *lege* ab elutis

ibid. l. 23. *adde* et Cl. KRONAVER

ibid. l. vlt. *adde* Demum Cl. BVTT de ſanguine rubram portionem eluit, ita maſſam albam ſupereſſe reperit firmam et tenacem, quae ſit pars fibroſa ſanguinis.

p. 70. l. 14. *adde* Cl. DAVIES ſanguinem in aquam emiſſum fieri docet in reticulum fibrarum albarum, et ſimiles fibras obtineri, ſanguine in phiala concuſſo, albas eas, glutinoſas et elaſticas.

pag.

*r***) *Nou. verit.* p. 49.

pag. 71. l. 6. grauitatem *lege* gracilitatem
ibid. l. 9. quemque *lege* quamque
ibid. l. 11. viuo *lege* viui
ibid. l. 24. aliqua *lege* pleraque
p. 72. l. 10. quam *lege* quem
ibid. l. 14. *lege* neque eos vnius generis
ibid. l. 15. rubrumque *lege* cubicumque
p. 73. l. 10. *adde* Nihil nos, dum valemus, a ſanguine vaſa noſtra percurrente patimur, quum continuo incommoda percipiamus, quamprimum puri ſales cum ſanguine circumfluunt. Cum ſalem polychreſtum ſumſiſſem, bis formicationem in pedum plantis, manuumque volis per aliquot horas, inque lingua titillationem percepi, cum interim vrina acris manaret.
p. 74. l. antepen. *adde* Putredini potenter reſiſtit *g**).

Sal febriſugus SYLVII, et in vniuerſum ſales neutri ex alcali minerali, et acore compoſiti putredinem adiuuant *g***).

p. 76. l. 4. *adde* in cane etiam magis
ibid. l. 14. *adde* Non facile explices, vt CAELIVS AVRELIANVS ſcripſiſſe potuerit, gelatum ab aceto ſolui.
ibid. l. 19. *poſt* Alumen *adde* aliter et aliter egiſſe videtur. In Cl. STORMII experimentis ſanguini liuorem impertiit, atrumque colorem: ſecundum alios ſolutum ſanguinem cet.
p. 77. l. 12. *poſt* aluminis *adde* et ſulphuris
p. 78. l. 6. venas *lege* membranas
ibid. l. antepen. *adde* in *Caeſarei* POZZI experimento etiam ſubito et ſanguinem coëgit
p. 79. l. 1. *poſt* miſſus *adde* canem
p. 80. l. vlt. *adde* Alias in BOVRGELATI experimento in floriditate nihil mutauit.



pag. 71. not. *c*) *adde* MOSCATI *nuove eſperienze*, BVTT *ſ.par. ſpont.* p. 30. qui ſerum coire ponit, filis inter ſe connatis.
*g**) MESNY ap. TARGIONI III. p. 38.
*g***) YPEY *Verhandelingen der Maatſchappy te Haerlem*, XVI. 2.
pag. 77. *ad verbum* nigrumque *in textu* l. 17. *adde* not. *u**) Subuirides globulos, BVTT l. c. p. 52.
pag. 78. not. *e*) *adde* Subuirides globulos reddere BVTT p. 52.
ibid. not. *l*) *adde* Globulos nigros reddere BVTT l. c.
pag. 79. not. *b*) *adde* BVTT p. 52.
ibid. not. *d*) *adde* BVTT p. 52.

pag. 81. l. 4. *lege* Putredinem a ſale ſodae augeri YPEY *e**), et porro a volatilibus cet.

p. 82. l. 3. *dele* neque grumum ſponte ſua factum *et adde* Ceterum ſales ex lixivio enati non quidem ſemper, vt ſcriptum eſt, aliquando tamen, et in febribus potiſſimum, vrinoſum ſpiritum affuſi de ſanguine coëgerunt aſcendere.

p. 83. l. 4. *poſt* reddit *adde* Venena ex plantis ſumta, in venas viui animalis iniecta, fere ſanguinem fluidiorem reddiderunt, gummi guttae, cocculi, nux vomica, aqua lauroceraſi. De ſale viperae *i**) legi, cogere ſanguinem, apud ſcriptorem non ſatis certum. Hydrargyrus vtique, confirmato euentu, ſanguinem diſſoluit. Viſus eſt ſanguis, cui cruſta inerat, ſerumque nullum adfuerat, poſt vſum veſicatorii confeſtim ſerum habuiſſe absque cruſta *i***).

ibid. l. 23. Neque enim certo experimento *lege* Neque enim frequenter

ibid. l. vlt. *adde* In equo tamen aſthmatico reperio vtique ſanguinem violarum ſyrupum colore viridi tinxiſſe apud Cl. BOVRGELAT. In morbo mucoſo (*morue*) equorum ſanguis cum ſpiritu vitrioli fumat, et odorem edit vrinoſum. In febre maligna vrina alcalinam naturam induxit, cum non plures tribus horis ſtetiſſet. Plura alias.

p. 84. l. 7. *poſt* ferueat *adde* Vt praeterea et ſanguis *r**) et vniuerſum corpus ad citam putredinem, promtam alcalinae naturae euolutionem, exponatur. In febre acuta aliquot ſunt exempla, de manibus cineribus clauellatis elutis *r*†) ſpiritum vrinoſum aſcendiſſe. Qui vero ſanguinem in morbo acuto negant putreſcere, ii in verbo ludunt, et id ſolum negare volunt, eſſe perfectam, dum viuimus, qualis in cadauere eſt, putredinem. Bilem ROEDERERVS ſolam negat alcaleſcere.

ibid. l. 17. *dele* Haec ideo paulo curioſius moneo - - - - et alcalinum.

ibid. *Inſerenda eſt*

### §. XXVIII*. *Sanguis putreſcendo alcaleſcit.*

Verum haec omnia ſollicite debent exponi, cum nuper alii Cl. viri putredinem ab alcalina natura ſeparauerint. In eo quidem conſentiunt omnes, et in febre acuta ſtatum putredini et naturae alcalinae ſimilem naſci, et a morte. Neque alcali a putredine deſtrui, quod dictum eſt, conſtat: et omnino placentam ſanguinis die 10, 20, 30 ſpiritum perinde alcalinum dediſſe, et fortius

*e**) *Verhandel. der Haarlem. Maatſchapp.* XV. 2.
*i**) SALMON *chirurg.* p. 858.
*i***) LYSON *eſſays*, CLOSSIVS *variol.* p. 29.
pag. 84. not. *r*) *adde de bile* ROEDERER.
*r**) COLLIN *de Arnica*, *exp.* 3.
*r*†) Apud MODEL.

fortius die 16 et 24, quam primis diebus z*); et debile alcali naſci, quando ſanguis in principiis eſt putredinis, multo vero fortius, quando putredo longius progreſſa eſt. Mature tamen in tabeſcentibus partibus animalibus putredo naſcitur, etiam quando neque cum acore feruent, neque coeruleos ſuccos viridi tingunt z**). Auget adeo naturam alcalinam putredo z†), quam primis diebus fermentatio acida morabatur. Qui negarunt alcali naſci, aut certe naſci in libero aëre, ii nimis pauca experimenta contemplati ſunt z††).

pag. 84. l. 22. *lege* oleutem

p. 85. l. 8. *adde* Huc poſſis referre ob frequentiores pulſus, quod iuniora animalia celerius putreſcant *d**).

Sanguis et vniuerſum corpus animale ſibi permiſſum in aëre atmoſphaerico non frigido putreſcit eo celerius, quo maior calor eſt, ad gradus fere 100, cuius certa experimenta habeo *d***); maiori enim calore ſerum diſſipatur, neque cruor nunc putredinem concipit. Sunt, qui ſanguinem minus celeriter, quam carnes, aiant putreſcere, vt et mihi in diſſectionibus quandoque viſum eſt; ſunt, qui celerius, vt prius foeteat, tunc caro, inde ſerius bilis et vrina *d****).

Cum foetore ergo ſerum ſanguinis, ſanguis, humores vniuerſi eam naturam induunt, vt cum acore compoſiti ferueant, vt ſyrupum violarum viridi tingant, vt igni ſubiecti ante ipſam aquam ſalem volatilem edant, vt alcalini ſint.

§. XXIX*. *Putredinis phaenomena.*

Accuratius vero ſpeculanti progreſſus putredinis apparuit, foetidum vaporem exhalare, validiſſime ſi in vaſe anguſti colli putredo ſedem habuerit.

Poſt eum vaporem putridum foetorem, naturamque alcalinam minui et euaneſcere, et, quod reliquum eſt de putreſcente animali, in terram fatuam, inſipidamque abire. Vna, reſoluto omnium partium nexu, membranae primae et viſcera in tabum ſoluuntur, et denique terreum pollinem ſui reliquum faciunt.

Putes adeo putredinem cum alcalina natura coniungi.



z*) COLLIN *de arnica.* z**) Idem.
z†) Id. *exp.* 16. z††) PEARSON.
*d**) PEARSON *de putredine.*
*d***) MESNY apud TARGIONI *raccolta* T. I. p. 451.
*d****) RÖDERER *de bile.*
pag. 85. not. *i*) *adde* Sanguis foetidus MESNY apud TARGIONI T. III. NERVCCI *lettere*, p. 64.

Negant alii, tunc maximam alcalinam vim in putreſcentibus eſſe, quando putredo ſumma eſt. Non naſci, addunt, alcali in aqua marina putreſcente, etiamſi foetor naſcitur, et vapor inflammabilis. Videri ad alcali generandum pertinere, vt multum ſit in putreſcente corpore phlogiſti, vt eo in ſtatu minus olei picei ſuperſit. Ceterum ita intelligo putredinis progreſſum, vt incipiat natura alcalina gigni in ſanguine, inque putreſcente materia animali; ita expediri primo alcalinos vapores: vna magis et magis adipem reſolui, et putridum eum vaporem praeualere; diſſipato adeo et alcali volatili et phlogiſto conſumto, inertem materiam ſupereſſe; ſic cum pauciori phlogiſto miſtum acidum ſalem alcalinum odorem ſpargere; phlogiſto vero vberius reſoluto foetorem putrem aſcendere, qui proximae alcalinae materiae deſtructionem praecedit.

In animalibus curſu nimio ad mortem cet.

pag. 85. l. 18. *poſt* erumpit *adde* In malignis febribus frequenter foetet *l**).

ibid. l. 21. *poſt* laborant *adde* Sudor cadaueroſi foetoris in febribus exitialibus halat *n**).

p. 86. l. 2. dediſſe *adde* et Cl. FASANO teſte Neapoli in exitiali febre olfaciebant *p**). In febre inficiente miſeri ſe contagium recepiſſe ſentiebant, cum ingratum terrae odorem in ventriculum deſcendentem perciperent *p***).

ibid. l. 15. *poſt* puris *adde* igne ſubiecto halans

ibid. l. 6. *poſt* proſtrauit *adde* Sanguis foetidus, niger et fluidus per nares, gingiuas, aſperam arteriam, aluum, aliasque per vias erumpens in febre varioloſa *s**).

ibid. l. 7. *poſt* eſt *adde* Vndique gangraenae, ſanguis diſſolutus, faeces foetidiſſimae *t**).

ibid. l. 8. *adde* Haec confirmantur ex acidis ſudoribus, quos, morbo iam remittente, in petechiis obſeruarunt Cl. STRAK, ROSEN, GRAINGER, aliique, ſigna fracti dominii alcalini. Huc etiam referas, quando ſatis repetito ea experimenta confirmata erunt, Cl. TICHY memorabilem annotationem; in vrina nempe febricitantis, ſed ad criſin diſpoſiti, hominis ſales anguloſos mediae naturae ſe offerre, qui nulli generantur, quando putredo dominatur, et effectus funeſtus eſt futurus. Inde enim, non certe improbabiliter arguitur,

*l**) KIRBY *febr. mal.*
*n**) *Zceuwſch. Geſellſch.* I. p. 646.
*p**) p. 207. Sic BAGLIVI opera, p. 251.
*p***) LIND *fevers and infect.* p. 244.
*s**) WERLHOF *variol. morbill.* p. 240. STORCH IV. *Iahrg.* p. 636.
*t*) *adde* et cito deflagrat ENS *morb. oſterod.* p. 87.
*t**) In febre maligna LEPECQVE, p. 415.

arguitur, alcalinae naturae in ſanguine victoriam id omne acidum delere, quod vrinoſam naturam temperabat, ſalesque ſanguinis ammoniacis ſimiles reddebat. Apparere vero ſales medios, quando victa putredine natiuus acor rediit, et cum alcalino elemento in medium ſalem reſtituitur. Ob auolans putridum foeditiſſimi ſudores in febribus ſalutares ſunt, vt vulgo notum eſt *x**), et in peſte *x*†).

pag. 86. l. 15. *dele* Putredo aliunde nata - - - - putredinem generauit *a*).

ibid. l. antepenult. *poſt* corrumpantur *adde* vti viciſſim glacies putredinem moratur; et cadauera occiſorum, quos niues obruerant, totis ſex menſibus incorrupta ſuperſunt, quoad aeſtatis rediuiuus tepor putredinem accerſat *c**).

ibid. l. penult. *dele* neque multo blandius aër - - - - febres naſcuntur *e*).

p. 87. l. 9. *adde* Nihil autem potentius humores noſtros corrumpit, quam ipſa putrilago *k*†), vtcunque in corpus recepta, cibus putridus, animalium lue peremtorum eſus.

Vapores cadauerum foetidi et coemeteriorum, et acerui putreſcentis braſſicae, et muſcorum margaritiferorum tabeſcentes cumuli peſtiferas febres excitant.

Similia patrat aër praegnans exhalationibus hominum copioſioribus, qua ſola ex cauſa aliquoties in Anglia, et non ita dudum, iudicum, aliorumque adſtantium frequentes mortes acciderunt. In ergaſtulo, in quod crudelitas principis Indici numeroſos Anglos ſtipauerat, plerique intra paucas horas perierunt. Vapor carcerum ex tubo propius receptus ac hauſtus pernicioſiſſimas febres ciuit; et par eſt veneni poteſtas, quod vapores ſpirant *k*††) aquae in ſentina corruptae. Chirurgi, qui carbunculos, bubonesque peſtilentes curant, medici, qui perſpirationem morientium inſpirant, frequentiſſimas patiuntur ex ſimili morbo mortes. Nili aqua, cadaueribus repleti, peſtilentem morbum genuit, qui LVDOVICI IX exercitum deſtruxit. Iniecta in animalis venas aqua putrida cito funeſta fit. Putrida auis carne *Tunguſi* et *Baratti* ſagittas ſuas inficiunt; iis leuiter laeſa animalia pereunt, et celerrime et ipſa putreſcunt.

Effectus

*x**) RAZOVX *Noſol.* p. 220.

*x*†) HVDGES.

*c**) MESNY l. c.

pag. 87. *ad verbum* vrinae *in textu adde* not. *f**) Ammoniaco odore in calida Carolina CHALMERS I. p. 112.

ibid. *ad verbum* fundit *in textu lin.* 12. *adde* not. *k***) *Medical Tranſactions* II.

*k*†) HOFMANN *Pocken l. Einleitung.*

*k*††) RVTTY, p. 148. PRINGLE *of the jayl fever.* Ab aëre noſocomiorum BELLOSTE *Chir. de l'hôpit.* p. 67. Ab aëre *ventilatoris*, qui carcerem repurgabat PRINGLE *Phil. Tranſ.* n. 48.

Effectus putredinis variis modis admiſſae potiſſimum ſunt ſumma virium et irritabilis naturae deſtructio, cum ſimili ſuae cauſae in humoribus noſtris putredine coniuncta.

Sola cadauerum nimia conſuetudo multos inciſores ante diem abſtulit. Memini ALBINVM, grauiſſima febre eryſipelacea infectum, a BOERHAAVIO fato fuiſſe ereptum: Memini proprii morbi miliaris, et innumerabilium fere febrium continuarum, quas Gottingae paſſus ſum, cum inter cadauera ſex fere in annum menſibus viuerem.

pag. 88. l. 11. *adde* et ſudor cum aceto efferbuit *a*†)

ibid. *Triceſima paragraphus in noua editione inſcripta eſt:* Aër expeditur *et incipit:* Vna cum foetore putredo ſe demonſtrat. Nemo putredinem accuratius cet.

ibid. l. vlt. factorem *lege* foetorem

p. 89. l. 10. *adde* Haec eo tempore vera erant, nam poſtea Cl. CIGNA, NAVIER, CRELLIVS, aliique magis chemice de putredine ſcripſerunt *i**).

ibid. l. 12. *poſt* aërem *adde* qui de animalibus inflammabilis prodit *i***), idemque iterum reſorbetur *i****). Is aër, cum auolante phlogiſto inebriatus ſit, flammam concipit *i*†), et cum ardeat, aufert alcali volatile *i*††), quoad perfecto ſtadio vltimo putredinis nullum ſuperſit. Vt enim a putredine generatur, ita ardendo minuitur, et denique, poſtquam ad acmen peruenit, conſumtum inertem maſſam relinquit. Haec cauſa eſt, cur in amplis vaſis apertis alcali minus generetur, in vaſis anguſti colli magis, hic enim vapor foetidus lentius auolat.

ibid. l. 13. *poſt* aqua *adde* merſos

ibid. l. 19. *poſt* refert *adde* et in morbis putridis eam euolutionem locum habere, etiam intra ipſa vaſa, nuper oſtenſum eſt *n**). Quare et in cadauere prius ſecedit, quam ſigna aliqua putredinis ſe efferant.

p. 90. l. 2. *adde* et cerebrum intra cranium in putrilaginem abiiſſe.

§. XXX*.

pag. 88. not. *r*) *adde* HOFMANN *Pocken* I.
ibid. not. *u*) *adde Prax. Med.* VI. p. 140.
ibid. not. *a***) *adde Manuel antiſiphyl.* p. 705. Similia habet Cl. HOFMANN *Pocken*, p. 269.
*a*†) BARTHOL. *Cent.* IV. *hiſt.* 59.
pag. 59. not. *g*) *adde* PRIESTLEY *ſur differentes eſpeces d'air*, p. 106. 107. WIEGLEB *Gaehrung* p. 130.
*i**) BOISIEVX egregia femina de T.
*i***) PRIESTLEY ibid.
*i****) Idem.
*i*†) PRIESTLEY, PEARSON.
*i*††) WIEGLEB l. c. p. 128.
*n**) *Obſ. and Enquir.* T. III.

§. XXX*. *Adiumenta putredinis.*

Porro ſanguis, dum putreſcit, et ipſe foetet deteſtabili odore, potiſſimum ſi per anguſtum tubulum exſpirauerit, et alcaleſcit, vt omnino cum acore ferueat *t**).

Plerumque tamen aëris atmoſphaerici cet.

pag. 90. l. 8. *poſt* admiſerit *adde* Sed humor modicus putredinem adiuuat, multa et ſaepe renouata aqua retardat.

ibid. l. 10. *lege* Cancrorum oculi *y*), et magneſia, et bolus *y**), et ſelenites, et demum ipſi ſales medii, in quibus alcali minerale cum acore coniungitur, vt ſal mirabile GLAVBERI *y***), et ſal ſodae *z*) ſanguinis et carnis putredinem promouent.

ibid. l. 13. *lege* Sal fixus putredinem adiuuat *b**) et tartari etc.

ibid. l. penult. Volatiles alcalini ſales - - - - relinquit et tenerrimam terram *lege* Haec noſtro aeuo labefactantur, vt paſſim legas, et experimenta producantur, quae fidem faciant, aquam calcis putredinem tardare, ſed etiam ſales lixiuioſos fixos eadem eſſe poteſtate, quae vtique cum prioribus conciliare neſcio. Volatiles alcalinos ſales equidem lego putredinem potius morari *i*) et impedire: Sic ſales vegetabiles *i**), mites etiam, vt ſaccharum, ſuccus limonum, et magis adhuc acidi *k*) de foſſilibus *k**) parati liquores, ipſum demum vitrioli oleum. Id enim in aeternum omnem putredinem a carne et auertit, et, ſi incepta fuerit, abigit, redditque carni ſuam integritatem. Aër factitius, qui fere acidum ſubtile eſt, de ſolutis corporibus exhalans, putredinem inhibet et emendat *l*). Hoc etiam potiſſimum argumento ductus in noxia putredine febrium malignarum ſummo cum fructu acoris vitriolici vires expertus ſum. Porro plantae nonnullae, aromaticae potiſſimum, putredini obſiſtunt, vt chamaemelum, valerianae radix *l**), potenter, et, quam cortex peruuianus, fortius, et arnicae pariter *l***) potens radix, et camphora: ſed etiam cortex peruuianus, qui adſtringens ſit, eſt inter meliora antiſeptica, tamen

*t**) ROEDERER *de bile.*
*y*) *adde* YPEY l. c.
*y**) YPEY. *y***) Idem.
*z*) Idem.
*b**) Huc ſpectat not. *z*) pag. 90.
pag. 90. not. *d*). *adde* et in *edit. oper. gall.* II. p. 226.
*i**) MESNY cet.
*k**) MESNY cet.
*l*) Idem.
*l**) DRESKY *de valeriana.*
*l***) COLLIN *de arnica.*

tamen vt acori minerali cedat *l****). Princeps etiam inflammabilium alcohol putredinem auertit, minus tamen, quam vitrioli acor. Aqua mineralis *l*****) Newholtenſis putredinem penitus impediuit. Debiles ſales medii *l******), muria marina, ſal ammoniacalis multa aqua diſſolutus, corruptionem potius augent. Maiori copia impedit, et melius nitrum.

pag. 91. l. 16. *poſt* percellit *adde* ad pyrethri modum

ibid. l. 17. *poſt* producit *adde* In ſepia, gelatinoſo animali, ſuccus acris et igneus.

ibid. l. antepen. *adde* Scorpii venenum acre eſt. Muſcae ichneumones ſuo liquore ſabulum in paſtam reſoluunt.

p. 92. l. 3. *poſt* gignit *adde* Liquor veſicularum bombycis cum acore viuide fervet *x**).

ibid. l. 10. *poſt* tinctum eſſe *adde* et linguam inflammaſſe.

ibid. l. 12. *poſt* ſit *adde* et denique huius ſucci natura venenata multo ſubtilior eſt, cum in lingua inſipidus videatur; vt omnino non acrimonia ſua nocere videatur, ſed vi ſtupefaciente, quae irritabilem vim partium corporis humani deſtruit *a**).

ibid. l. 17. *adde* Faeces columbinae odore ſuo oculos humectant, et ſale albo penetrabilis odoris *d**) teguntur.

p. 93. l. 15. *poſt* pertinet *adde* Aqua cum muſcis vulgaribus digeſta manifeſto acida eſt.

ibid. l. 18. *adde* Nullum in progreſſu putredinis acorem generari *Georgius* PEARSON *n***).

Vtcunque iſta ſint, in humoribus nonnullis, iuniorum cet.

ibid. l. penult *poſt* ſolet *adde* Succus folliculi dentium, et ſuccus viſcidus ex nervis boum chartam caeruleam rubro colore tingit *p**). Caro vitulina cum pane et ſaliua contrita incipit vinoſum ſpargere odorem, neque putreſcit, niſi quarto die *p***).

p. 94. l. 6. *poſt* indolis *adde* Denique non ſemper, ſaepe tamen, inque omnibus Cl. COLLINI experimentis in principiis putredinis aliqua, non duratura, ſigna

*l****) DARCONVILLE *ſur la putrefaction*, COLLIN.

*l*****) RVTTY.

*l******) huc ſpectat not. *l*) pag. 91. Ceterum notae *i*) et *k*) mutandae non ſunt, *l**) vero et *l***) delendae.

*x**) *Comm. Acad. Bon.* T. V. P. I. p. 44.

*a**) FONTANA *de viper.*

pag. 92. not. *u*) *adde* et nuper a PIMPIOLO.

*d**) MASSAC *engrais* p. 14.

*n***) *de putredine*, Edinburg. 1774.

pag. 94. *ad verba* ex adipe fit *lin.* 1. *in textu adde* not. *r**) *Hiſt. de l'Acad.* 1759.

*p**) IOVRDAIN p. 112. *p***) MESNY apud TARGIONI p. 115.

ſigna acidae degenerationis ſe offerunt, vt praecedat acor, aliquamdiu cum putredine partitas vices teneat, et ab ea denique ſuperetur *y**). Memini Leidae, cum paucis cadaueribus auare vteremur, muſculos viſcorem concepiſſe cum acido manifeſto odore. Solet autem acor, qui putredinem praecedit, ingratus eſſe, et id habere a vero acore diuerſum, qui grato eſt odore et ſapore; videtur enim in animali putreſcente rancor corrupti olei ſe cum euoluto acido coniungere.

Denique fortiſſimi acoris exemplum Cl. CADET habet, cum liquor putreſcentis in plumbeo ſarcophago cadaueris plumbum eroſerit, et cum eo in ſaturni ſaccharum abierit *y***). Ea obſeruatio poſſet forte efficere, vt CEZANIO crederem *y****), qui venereum tabum acidum facit, vt violaceos ſuccos rubefaciat.

pag. 94. l. vlt. *adde* Acorem autem adulta putredo deſtruit, ſanguis putridus oſſa non ſoluit *f****).

p. 95. l. 2. Vnico verbo liceat monuiſſe, odorem *lege* THEOPHRASTVS negauerat, vllum boni odoris animal dari, et certum eſt, odores

ibid. l. 9. *poſt* acquirunt *adde* et foetidum didelphidis vnguentum. Vulgo etiam bubulum ſtercus in agros laetaminis loco ſparſum ſub brumam, menſe decembri, ſereno ſub coelo, gratum moſchi odorem ſpargit. Vrina ſiccata cum odore grato vehemente igne ſalem dat ammoniacum, et paulo poſt phoſphorum *h*†). Huc etiam vpupae moſchatum odorem refero, quae ex ſtercore humano inſecta quaeritat, et cuius caro inedulis eſt ob moſchi fortem odorem *h*††).

ibid. l. 12. Inſecta paucula exſtant, quorum odor placet *lege* Frigida animalia aliqua moſchi ſunt odore *); ſic crocodilus, qui ſuo moſchi odore late aquas impraegnat **). Inſecta etiam aliqua grato ſunt odore, vt capricornus *i*),

E 2 alia

*y**) COLLIN *de arnica.*

*y***) In N. E. N. C. vol. IV.

*y****) *Manuel antiſyphil.* p. 205.

*f****) PRINGLE *Eſſays phyſ. and litterar.* III. p. 253.

*h*†) *de* MACHY *Inſt. Chem.* T. I. *h*††) SALERNE ad RAI *ornitholog.* p. 121.

Not. *h**) et *i*) deleantur, cum ipſi textui inſertae obſeruationes, libri vero ad notas *) et **) relati in noua editione ſint.

*Ad verbum* aues *in textu lin.* 10. *adde* not. *h*†*) Gallinae tamen ſpecies moſchi odore OVIEDO *ſummar.* c. 11. *Inſecto-theol.* II. p. 110. CARDAN. *variet.* p. 169.

*h***) *adde* de leonis proprio ſucco, qui in aliis quadrupedibus foeteat TYSON ap. LEWTHERS *abridg.* II. p. 283. Simia moſchum olens CARLI *relat. d'un voyage.* Fuerit ſimia *Mandril* BVFFON vol. XIV.

*) ROCHEFORT *antill.* p. 224. CHARLEVOIX *S. Domingue* I. p. 27.

**) ROCHEFORT ib.

*i*) *Car. de* GEER V. p. 64. huius odor digitis adhaeret.

alia ſcarabaei ſpecies *i**) meloë violae odore *i***), formicae aliquae *i*†), inſectum in hyoſcyamo habitans *i*††).

pag. 95. l. 13. *adde* Liceat interim de nonnullis peculiaribus et efficacibus odoribus aliqua praelibare, qui de animalibus ſpirant, deque homine. Bufones, ſerpentesque, quando iraſcuntur, alliaceum alii, alii ambroſiacum odorem ſpargunt; neque forte alia vis eſt, qua vipera caudiſona beſtiolas incantat, quae propius ad eam acceſſerunt.

Deinde etiam in homine moſchatus odor nonnunquam percipitur; non raro in me ipſo, cum mediocri et grato ſudore leuiter maderem, eum percepi, tum in febribus ad criſin compoſitis.

p. 96. l. antepenult. *poſt* globulus *adde* ſuae naturae.

p. 98. l. 16. *poſt* exhalarunt *adde* In 24 ſemunciis aquae ſemunces 21 HEVERMANN.

p. 9. l. 2 *lege* Infra

ibid. l. 16. *lege* cum ad 118 ſanguinis drachmas alii 117 drachmas aquae, alii non ſupra 80 habeant *).

p. 100. l. 9. *lege* ſupra 107 partes in 120 *x*).

p. 101. l. 9. *lege* aſcendiſſe

ibid. l. 21. *lege* coëgeris

p. 103. l. 18. *lege* fere

p. 104. l. 17. *adde* Cl. SPIELMANNVS ab aqua non ſeparatum reperit duplicem ſpiritum, debiliorem et fortiorem, effeciſſe in ſanguine venae portarum fere $\frac{1}{118}$, in ſanguine venae cauae $\frac{1}{94}$.

Tantam ſubtilitatem huius ſpiritus fuiſſe, vt de clauſo vaſe totus euanuerit, VIEVSSENIVS in opere poſthumo. Quod Cl. ROBERTI experimento paulum fidei addit, qui eandem adipi humano ad euaporandum facilitatem fecit.

p. 105. l. antepen. *poſt* aberrat *adde* SPIELMANNVS ſalis volatilis ammoniacalis in ſanguine venae cauae reperit fere $\frac{1}{430}$, in ſanguine venae portarum omnino $\frac{2}{135}$, ſed haec ab alia portione ſalis fluidi fere compenſantur.

p. 107. l. 11. *poſt* manifeſta eſt *adde* vt mirer, potuiſſe negari *k**), cum ſerum inter,

*i**) FABRICIVS in *entomolog.* p. 72. et KOELREVTER p. 9. CASTELL.

*i***) KOELREVTER *inſ. coleopt.* p. 42.

*i*†) LISTER.

*i*††) Aromatico odore BIRCH II. p. 483.

pag. 95 not. *k*) *adde* in opere *des maladies internes*, T. I.

*) Typographi error haud dubie hic ſubeſt, ego eos, qui in veteri editione proſtant, numeros retinendos cenſeo. *Not. edit. hui. auct.*

*k**) Non magis, quam lympham, inflammabilem eſſe partem colorantem, BVTT, p. 51.

inter, et globulos repulſio locum habeat *k***). Si globuli aegre cum oleo miſcentur *k****), figura eorum conſtantior ab oleo deſtrui noluerit, neque globuli ſe in tenacem liquorem perinde facile diffuderint, vt in aquam.

pag. 107. l. 18 *adde* Eiusmodi etiam ruber puluis in arteria viui animalis ex arefacto ſanguine naſcitur.

p. 108. l. 10. *lege* ſeptuplam

ibid. l. antepen. *dele* Partem $\frac{1}{32}$ ſanguinis effecit in VERDVCII experimento *d*).

p. 110. l. 4. *lege* cohobetur *et adde* ſiue demum, vt nunc ſimplicius fit, bonum habeatur, cauendo vnice, vt primum, quod aſcendit, limpidum ſeorſim ſeruetur, id certe oleum, depoſito cet.

p. 111. l. 17. *poſt* ſiue $\frac{1}{5}$ *adde* Ex ſanguine venae cauae carbonis habuit $\frac{1}{14}$ idem, et ex ſanguine venae portarum $\frac{20}{139}$ ſiue plus $\frac{1}{7}$

p. 112. l. antep. *poſt* eluunt *adde* Cl. ROVELLE natrum facit, ſiue minerale alcali, quod cum acido vitriolico ſalem mirabilem GLAVBERI conſtituit *z**)

ibid. l. vlt. *poſt* veſtigia *adde* non in hominis verum ſolius ſanguine, ſed etiam in animalium ſuccis, quae nunquam marino vtuntur ſale.

p. 113. l. 12. *poſt* varietas ſit *adde* STORMIVS $\frac{1}{60}$ reperit.

p. 116. l. 5. *adde* Cl. NAVIER ſpiritum etiam putreſcentium partium animalis acida natura imbutum reperit.

ibid. l. 8 *lege* vitriolici aut proprii ingenii

p. 117. l. 9. *adde* Non diſſimulari debet, Ill. SPIELMANNVM nullam acoris mentionem facere, quem in ſanguine viderit

ibid. l. 12. *poſt* efferueſcit *adde* et cum ſpiritu nitri fumante.

p. 118. l. antepenult. *poſt* lumbricis *adde* in bombycum acri liquore

p. 119. l. 5. *poſt* WIDMER *adde* In carbone calcinati ſanguinis ferri aliquantum SPIELMANNVS vidit.

p. 120. l. 3. *poſt* reſtituit *adde* De vitriolo cupreo diſſoluto ſanguis cuprum praecipitat quod non potuit, niſi ab admiſto ferro, fieri.

ibid. l. 11. *lege* parcius

ibid. l. 12. *poſt* piſcibus *adde* in oui vitello nulla (vti neque fixum alcali) *e**).

ibid. l. antepenult *lege* terrae ferreae

p. 121. l. 15. de aëre *lege* aër de ſanguine

ibid. l. vlt. *adde* In aliis etiam humoribus reperitur. Valde ſpumat in ſpatio



*k***) Idem p. 50.

*k****) Ibid.

*z**) *Journal de Medecine, Chirurgie, Pharmacie* etc. 1773. Iuillet.

*e**) *De* MACHY *Inſtit.* T. I.

inani vrina et ſuccus amnii; in albumine multus eſt; ex ſanguine difficulter prodit MVSSCHENBROEKIO teſte s*)

pag. 122. *Paragraphus quadrageſima quinta in noua editione* Alia experimenta *inſcripta eſt, et ſic orditur:* Nuper poſtquam chemia noſtro aeuo in Gallia propius ad perfectionem acceſſit, Cl. ROVELLE s**) iunior aliqua de vario ſanguine docuit. Diſtinxit in carbone ſanguinis natrum, ſiue alcali minerale, ſalem marinum, ſalem febrifugo SYLVII ſimilem, terram animalem, terram ferri, carbonem, alcali fixum, ea ratione, vt partes eius alcali eſſent 28. 29. ad ſalis neutrius 16 et 17.

Ex lixiuio obtinetur ſal marinus, ſal febrifugus, natrum, quod baſis eſt ſalis marini. Poſt has lotiones in cineribus terra animalis eſt, carbo et multum puri ferri a reliquis elementis, et a terra animali ſeparatum a magnete attrahitur, aut ſi renueret, attrahitur addito phlogiſto.

Sanguis bubulus dat natrum, ſalem marinum, perpaucum febrifugum, terram animalem, paulum carbonis, et ferrum. Portio alcali fixi aequalis portioni ſalis neutrius.

Sanguis equinus ſimilia dat, verum ſalem febrifugum; alcali vero fixum, quam neutri ſales copioſius, aequa cum marino copia, vt et 19. 20. ad 11. 12. fixi ſalis ad neutrum.

Sanguis vitulinus idem, ſed ſal febrifugus paucior; alcali fixi partes 14. 5, neutrius ſalis 11. 12.

Deinde peculiariter in ouillo ſanguine ſales reperit eosdem, pauciſſimum febrifugum, neutros ſales aequales alcali fixo.

In ſanguine porcino plus febrifugi ſalis, quam marini, et neutri ſales aequales alcali fixo. Sanguis porcinus et aſininus plurimum ſalem dant.

Sanguis caprillus carbonem habet difficulter calcinabilem.

Apparet animalia nullo vtentia marino ſale, tamen eum in ſanguine alere, cum nullum ſalem vegetabilem idem ſanguis ſuppeditet. Neceſſe eſt ergo, vt vita animalis naturam vegetabilem totam mutet.

Apparet etiam, ſatis inſigniter ſanguinem diuerſorum animalium differre, quorum tamen idem fere alimentum eſt.

Ex lacte equino verum inflammabilem cet.

ibid. l. 6. *dele* Elementum electricum in ſanguine - - - pluuia inde lucida exit.

s*) *Introduct.* p. 88.
s**) *Journ. de medec.* etc. 1776. Iuillet.

SECTIO

# SECTIO III.

## SERVM SANGVINIS.

Pag. 122. l. 12. flauum *lege* ſubflauum

p. 123. l. 10. *poſt* 551. *adde* In Hibernia, humida inſula, id pondus per febrem minus augeri auctor eſt Cl. RVTTY, vt ſerum in febre ſit partium in Hibernia 10369, in Anglia 10408.

p. 124. l. 2. *lege* In ſanguine cruorem, lympham coagulabilem et aquam non coagulabilem diſtinguimus *o**)

In ſero aquam perpetuo etc.

ibid. l. 22. *poſt* 150. *adde* 160 *y**)

p. 125. l. 7. *adde* Accuratius Cl. BVTT cogi filis exortis, et vna plurimum exhalare.

Angli nuperi duas in ſero partes diſtinguunt, quae alio et alio calore cogantur, lympham, quae 114mo, 120, et 140 *c**) gradu Fahr. coëat, et ſerum, quod 150, aut demum 160 *c***).

Cum vero nullum aliud ſignum diſcriminis addant, videtur alia pars ſeri ſanguinis plenior fuiſſe aqua et difficilius coagulabilis *c****), alia vero gelatina magis abundaſſe, vt minori calore coiuerit *c*****).

Iam Cl. BVTT in eo ſero partem aquoſam, ſalinam et acrem diſtinxerat, a coagulo diuerſam, quod inſipidum ſit *c******), ſerum in fila concreſcere, non ita lympham *c*†), laxiori eſſe compage *c*††), et plurimum exhalare, a drachmis 25 ad duas cum ſemiſſe *c*†††).

Quae omnia videntur eo redire, vt ſerum pro lympha habeat, aut potius ſeri partem *c*††††), a qua fibrae ſunt, cum parte lymphae coagulabilis miſtae. Ita Cl. HEWSON. Serum ſuum idem cum lympha facit Cl. BVTT *c*†††††).

pag.

not. *r*) et *u*) pag. 124. deleantur.

*o**) BVTT p. 22

pag. 124. *ad* BOHNII *nomen in textu lin.* 9. *adde* not. *p**) Materies albumini analoga BVTT p. 96.

*y**) Ita HOVLSTON, qui negat prius cogi aut gradu 150 *inflamm.* p. 12. In feruida LASSVS *lymph.* p. 8.

*c**) HOVLSTON *inflamm.* p. 12.

*c***) Idem ibid.

*c****) l. c. p. 53.

*c*****) Ib. p 87.

*c******) p. 26.

*c*†) Ibid. *c*††) p. 30. *c*†††) Ib.

*c*††††) Ibid. *c*†††††) p. 33.

pag. 125. l. 20. *lege* vt per ſolida vaſa ruber cruor ſibi vias aperiat *k*).

ibid. l. 21. *lege* operculi,

ibid. l. penult. *poſt* claudit *adde* In ligato ductu thoracico lympha viuo in animali in gelu conſtitit.

p. 126. l. 10. in variolis *lege* in haemoptoë *u****), in ſpaſmo maxillae,

ibid. l. 11. in maligna febre *a*) *lege* in malignae febris *a*), et varioloſae primis diebus, in ipſa etiam flaua febre, in phthiſi, non alias pertinacior, vt etiam in quinquageſima venae ſectione cruſta ſanguini innatauerit, demum in hydrophobia *b*), in hominibus ab hydrargyri vſu ſaliuationem patientibus *b**), in ipſo ſcorbuto *b***) paſſim reperitur cet.

ibid. l. vlt. *poſt* abeſt *adde* et demum in ſano homine *c**) non raro apparet.

p. 127. l. 5. *poſt* cruſtam *adde* Sanguinem ſubito in locum valde frigidum miſſum cruſtam negat habere idem Cl. *de* HAEN. Sic etiam Cl. HAGVENOT in eadem venae ſectione ſanguinem primum fluidum, alterum, tertiumque corio tectum vidit, inde denuo fluidum; et longe traiectum per aërem fluidum fieri. WEBERVS nullam naſci cruſtam, ſi paruum venae vulnus fuerit *f**), aut ſanguis lente moueatur *f***), aut ſanguis bacillo agitetur *f****).

ibid. l. 11. *lege* manifeſtis

ibid. l. 12. *lege* partem

ibid. l. 15. *adde* recte cum reticulata lymphatica placenta, in qua globuli ſtagnant, Cl. HEWSON.

ibid. l. 16. *lege* Deinde valde probabile eſt, a vehemente cet.

ibid. l. vlt. *poſt* pulſus eſt *adde* tantum ne febris de genere ſit putrido maligno, a qua *u**) cruſta abſit, et ſanguis diſſoluatur *u***).

p. 128. l. 11. *adde* Manifeſto demum mihi videtur, cruſtam pleuriticam ſerum eſſe, cuius vis attractilis ita aucta ſit, vt ſerum ad ſerum vehementius adhaereat, a cruore minus trahatur *d***), quoad ſolum ſerum ſecedendo grumum deſerat, et ex natura ſua coagulabili in cruſtam conſiſtat.

pag.

pag. 126 *ad verbum* idem *in textu lin.* 6. *adde* not. *t**) LIND *fever infect.* p. 283.
*u****) *adde* WEBER *Auszüge aus Diſputat.* I.
*b**) LETTSOM *Diſpenſ.* p. 215. WEBER *Auszüge aus Diſputationen* I.
*b***) *Medical Transactions*, Vol. II.
*c**) BVTT p. 35.
*f**) *Auszüge aus Diſp.* I. CARRERE *inflamm.* p. 61.
*f***) CARRERE ib.
*f****) p. 62
pag. 127. not. *n*) a noua editione abeſt.
*u**) KIRBY *febr. malign.* 1774. 4.
*u***) ibid. p. 82. 83.
*d***) LIND *fever infect.* p. 283.

pag. 128. l. 17. *adde* Verum paucis ab annis alia omnino ſententia Anglorum Cl. DAVIES, HEWSONI, et aliorum e diametro priori contraria. Cruſtam nempe pleuriticam fieri a diſſolutione ſanguinis, quae ipſa ſit inflammationis effectus. Attenuatam lympham globulos nunc male ſuſtinere, vt ſecedant, fundumque petant. In homine debili cum ipſa debilitate corium pleuriticum augeri. Eo mollius eſſe ſanguinis coagulum, quo plus corii ſeceſſit, quod eo referas, duriora lymphae, quam ſanguinis, coagula eſſe *h**).

Ita cruor, qui ſponte ſua molliter cogitur *h***), nunc etiam mollior apparet, dum corium lymphaticum purum in tenacius coagulum abit.

ibid. l. penult. *poſt* cruore *adde* ſed ex albuminoſo liquore exhalante et membranae aquarum hydropicarum, et ligamenta vitioſa formantur, et MERRETI membrana oritur. Primus enim Vir Cl. partem ſanguinis cet.

p. 129. l. 4. *adde* Liquor de cute exhalans, atque ſub epidermide per vim emplaſtrorum veſicas cientium eductus, in cruſtam ſaepe etiam coit, pleuriticae ſimilem *k**).

ibid. l. 8. *adde* et ipſe PETITVS.

ibid. l. 11. *poſt* cruſta *adde* ſiccata in elaſticam tenacem membranam *n**), et

ibid. l. 14. *adde* Eadem cruſta, ne res coniunctas ſeparemus, in aqua, et in aqua nitrata vix diſſoluitur, vtique vero in ſpiritu alcalino volatili, et in ſale lixivioſo fixo. Sponte etiam ſua deliqueſcit in foetidum oleoſum liquamen, quod tamen naturam ab igne, et ab acore meraco coagulabilem retinet *q**).

Puris a ſero originem ita nuper deduxerunt Cl. viri, vt ex eo per putredinem generaretur, et ſedimentum a ſero puris ſimile ſubſideret. Contra ea Cl. HENDY a pure lympham ſuis notis diſtinxit; et mihi natura inflammabilis in pure nimis manifeſta eſt, quae a ſero et a pleuritica cruſta abſit.

p. 130. l. 1. *poſt* cogi *adde* in ligato ductu thoracico collectam ſponte in gelu coiuiſſe; ſuſceptam de vaſculo lymphatico

ibid. l. 5. *poſt* peritonaei *adde* etiam ventriculorum cerebri *b**)

ibid. l. 9. *poſt* ſapor *adde* ſalſus, et natura ab acore denſabilis et cum vini ſpiritu *b***)

ibid. l. ead. *poſt* ſunt *adde* Albumen oui plurima etiam ſimilia habet, minus tamen ſalſum

*h**) p. 71.
*h***) p. 77.
*k**) HEWSON *inquir.* T. II.
*n**) LIND *fever infect.* p. 283.
*q**) GABER *miſc. Taur.* II. p. 92.
*b**) LASSVS p. 21.
*b***) Idem ibid.

ſalſum eſt, minus, dum cogitur, de ſuo pondere amittit; cum acidis eadem patitur *b****), neque a lympha coagulabili differt, niſi membranis admiſtis et mitiori natura. Siccatum in friabilem ſuccini ſpeciem mutatur *b*****), et cruſtae pleuriticae ſimillimum eſt *b******).

pag. 130. l. 11. *poſt* eſt *adde* et ſponte in membranas praeter naturam coaleſcentes abit,

ibid. l. 13. *poſt* corrumpitur *adde* vt vel totum renuat cogi, vel certe eius pars aliqua ad ignem exhalet.

ibid. l. ead. *poſt* natura eſt *adde* Quin et ipſe mucus cogitur, et aſſeruatus per putredinem naturam coagulabilem totam exſuit, aut minorem retinet. Plaſticam tamen *d**) indolem non continuo deponit, tunc etiam, quando foetet.

Video Cl. virum, quem plurimi facio, et merito, contraria omnino docere, vt pericardii humor in cane, et pectoralis vapor, et abdominis, vt recentiſſimus fuerit, totus exhalet *d***), iam demum cum tempore coagulabilis fiat, et per quandam degenerationem *d****). Verum nimis certum, et ab omnibus receptum, lympham, ſerum, ſanguinem, adipem, humores omnes animales, nullo excepto, per putredinem naturam coagulabilem exſuere, inque fluidam aquae indolem tranſire; nimis manifeſta eſt analogia liquorum exhalantium cum lympha; nimis certo ipſe acore et vini ſpiritu eiusmodi liquores, et ipſum oui colliquamentum, in quo fetus natat, in caſeum coiviſſe vidi.

p. 131. l. 4. Sed eadem eſt porro lympha *lege* Non omnino eadem eſt porro lympha,

ibid. l. 7. contra a frigore *lege* ſuperueniente frigore,

ibid. l. 9 *adde* Hanc gelatinam ex carnibus, et oſſibus extractam Cl. LASSVS experimentis ſubiecit. In frigore flexilis fit, et tremula, inodora, inſipida, elaſtica, quae, exhalante aqua, in durum corium abit. In feruida ſoluta a ſolo ſpiritu vini cogitur; ab acido minerali ſoluitur, non ita ab oleo tartari. Multis adeo dotibus a lympha differt, admiſto, vt puto, in oſſibus oleo *m**). Et a ſanguine gelatinam abeſſe, et a ſolidis, mireris Cl. BVTT *m***) excidiſſe, cum

*b****) BVTT p. 37.
*b*****) *Breſl. Sammlung* 1724. p. 27.
*b******) BVTT l. c. p. 29.
pag. 130. l. 11. *ad verbum* liquoribus *adde* not. *c***) LASSVS p. 21.
*d**) *De* HAEN.
*d***) COTVNN. *iſchias neruoſ.* p. 23. 24. 25.
*d****) p. 23.
pag. 131. l. 5. *ad verbum* impertit *adde* not. *k**) Conf. BVTT p. 54.
*m**) p. 17. *m***) p. 51.

cum ex ſolidis quidem partibus manifeſto educatur, manifeſto pariter lympha et ſanguinis, et magnorum cauorum, in gelatinam ſola ignis vi conſiſtat.

pag. 132. l. 8. *poſt* accedat *adde* cum acore ferueat, coeruleos plantarum ſuccos in virides mutet,

ibid. l. 9. *dele* Dum putreſcit - - - - ſimile deponit *e*).

ibid. l. 11. totam exſuit *lege* non continuo, etiam quando foetet *e* *), ſed tamen tandem totam exſuit,

ibid. l. 12. *poſt* cogatur *adde* Per febres alcalinae naturae propius accedit, deinde foetet, et cum acore feruet, demum in corium abit inſolubile. Cum ſyrupis coeruleis eo in ſtatu virorem facit, et cum ſpiritu vitrioli feruet, equidem inter acidos liquores ſolo *e* **).

p. 133. l. 2. *poſt* ſalſum fit *adde* inque febre flaua profunde flauum *p* *).

ibid. l. 7. *poſt* recente *adde* cruore ſerum iam

ibid. l. antepen. Aliquanto minor *b*) in ſero copia eſt diluti muci, qui *lege* Magna pars ſanguinis in vniuerſum mucus eſt, qui et cum lympha miſceatur, et grumi portionem maiorem efficiat *b*), in ſero dilutius mucus,

p. 134. l. 1. *poſt* dixerunt *adde* Sanguine bacillis agitato, absque aqua et frigore, fibrae vaſis parietibus adhaeſerunt *c* **). Quare, ſi lympha coagulabili fibrae tribuantur *c* ***), de muco, eius lymphae parte, intelligi debet. In ipſa etiam lympha aliqua ad fibrarum formationem adiuuandam, ſed minor eſt aptitudo, ſi agitaueris; et viciſſim ex ſero virgulis agitato materies lymphae ſimilis ſeparatur *c* †).

Hanc ſeri ſanguinei partem ſuſpicor ab Anglis a magis coagulabili lympha ſeparari.

ibid. l. 6. *poſt* funditur *adde* Rete fibroſum, ramoſum, cum multis particulis quadratis muriaticis ſola exhalatione naſci vidit LEDERMÜLLERVS *i* †). Tardius putreſcit, quam ſerum integrum *i* *); ex cupro colorem coeruleum extra-



pag. 132. not. *b*) *adde* BVTT p. 33. COLLIN *de arnic.* exp. 4. MESNY apud TARGIONI III. Citius putreſcere, quod rubore tinctum ſit HENDY.

ibid. not. *m*) *adde* HENDY.

ibid. lin. 7. *ad verbum* foeteat *adde* not. *b* *) Intra 2. 3. diem BVTT p. 26.

*e* *) Nondum die 2. 3. BVTT p. 26.

*e* **) LASSVS p. 12.

*p* *) LIND *fever infect.* p. 198.

*b* *) MOSCATI *nuove eſper.*

*c* **) MOSCATI, BVTT p. 4.

*c* ***) BVTT p. 30.

*c* †) BVTT p 23.

*i* †) *Mikroſkop. Ergöz.* II p. 78.

*i* *) BVTT p. 57.

hit; ab alcali fixo contrahit odorem ſalis volatilis *i***), et ab acore vitriolico admiſto muriaticum odorem ſpargit ſecundum Cl. BVTT de ſuo ſero *i****) dicentem, quae, puto, ad mucum pertinent. Verum de muco alias fuſius dicetur.

pag. 135. l. 1. nitri oleo *lege* nitri ſpiritu

ibid. l. 5. *poſt* reſoluitur *adde* et cum calcis aqua *x*†), et cum alcali volatili *x*††), et ab alcali cauſtico *x*†††).

ibid. l. 11. *poſt* meraco *adde* et minerali *b*†)

p. 136. l. 10. *poſt* diſſoluit *adde* et corium pleuriticum.

Albumen, caſeum ab oleo tartari reſolui LEVRETVS, hinc impedire, ne albumen coctum dureſcat; chalazas vero indurare, quod improbabile. Albumen cum acore vitriolico feruere et cogi; etiam cum ſucco citri naſci filamenta; in alcali volatili difficulter ſolui LASSVS *r*†).

p. 137. l. 6. *adde* Lympha de vaſis ſuis ſecreta ab acore meraco parum cogitur.

Aquae abdominalis ſimiles omnino ſunt dotes, plus tamen creditur habere partium gelatinoſarum et in corium tranſeuntium.

p. 138. l. 18. *adde* Liquorem flauum, in quo oleum nigrum empyreumaticum, et acor; tunc alcali volatile aſcendere; carbonem poroſum ſupereſſe; eum ex lixiuio dare ſalem ſubfoetidum; caput mortuum cum acido non feruere LASSVS.

ibid. l. 22. *adde* Cl. ROVELLE, abacta aqua, de ſero ſanguinis ſiccam fragilem maſſam vidit ſupereſſe; in ea natrum reperit, et cum acido vitriolico Glauberianum ſalem compoſuit.

ibid. l. 24. *poſt* repertae *adde* vel concrementa ſalina ſeri ſanguinis

ibid. l. vlt. *adde* Salem marinum exhalando natum diximus *r*****).

pag.

*i***) BVTT p. 57.
*i****) p. 55.
*x*†) LASSVS p. 9.
*x*††) Id. ibid.
*x*†††) BVTT p. 27.
pag. 135. not. *t*) lin. 1. *adde* LASSVS p. 89.
ibid. not. *b*) *adde* Leuiter cogi cum acido vegetabili LASSVS.
*b*†) LASSVS p. 8.
*c*) *adde* BVTT p. 26. et at vitriolo.
*g*) *adde* Solui partem maiorem a acore vitriolico BVTT p. 26. ab acore ſalis non cogi Id. p. 27.
pag. 136. not. *n*) *adde* TARIN.
*r*†) p. 14.
*z*) *adde* Fortius, quam alia BVTT p. 28. et dureſcit.
*a*) *adde* LASSVS p. 9.
*r*****) LEDERMÜLLER II. T. 78. *Mikroſk. Ergöz.*

pag. 139. l. 21. *adde* Serum putreſcens absque inteſtino motu naturam generat alcalinam, vt die trigeſimo ſpiritum foetidum alcalinum fundat *z*†), totum ipſum alcalinum *z*††).

ibid. l. vlt. *lege* aut potius maiorem, *et adde* Serum minus putreſcere *d**), minus dare alcalini liquoris *d***).

---

## SECTIO IV.

### ELEMENTORVM SANGVINIS PROPORTIO ET VTILITAS.

Pag. 140. l. 8. *poſt* praeterea *adde* phlogiſton et

p. 142. l. 2. *poſt* ſublata ſunt *adde* Alterum certum plethorae exemplum eſt in hominibus, quibus magni artus amputati fuerunt. His enim, cum ventriculus et viſcera ciborum coctioni deſtinata nihil paſſa ſint, plus ſanguinis generatur, quam in receptaculo ſanguinis, ſiue in vaſorum vniuerſitate poſſit contineri. His frequens eſt neceſſitas venaeſectionis, et diſſilientium vaſorum periculum.

ibid. l. vlt. *dele* cor magnum

p. 143. l. 11. *poſt* indoles *adde* et meticuloſitas, et teneritudo

ibid. l. 12. *poſt* ſuperuenit *adde* et frequentia exempla febricitantium, ſcabioſorum, ſcorbuticorum, etiam hecticorum, victu vegetabili reſtitutorum *n**)

ibid. l. 19. *adde* et ſtupiditatem inoculatum venenum febrile ſuperauit.

Acrimoniam variam, etiam muriaticam, in noſtris humoribus BOERHAAVIVS agnouit. Et videtur certe victus ſalſus in ſcorbuticis acrem ſanguinem generare, putredine equidem admiſta corruptum. Acris ſudor fuit, et retenta vrina, cum ſalſus humor in ſanguine nimium abundaret, qui ſolebat per renes deponi. Acrimoniam ſalis nimii, equidem medicati, me in me ipſo percepiſſe, alias retuli.

ibid. l. antepen. *dele* ſudor et aqua, *et lege* vberior vrina



*z*†) COLLIN *de arnic.* p. 9.

*z*††) LASSVS p. 12.

*d**) COLLIN *exp.* 15.

*d***) Id. *exp.* 16.

pag. 140. lin. vlt. *ad verbum* fluat *adde* not. *p**) *Journal de Medecine* 1771. Iuin.

*n**) Phthiſis antiqu. BAEK *chron. ſjukdom* p. 16. pane triticeo et lacte ſolis ſcorbutus *Med. Trans.* T. II. *le* ROI *de ſcorbuto.*

pag. 144. not. *s*) *adde Journal de Medec.* 1770. Iuin.

pag. 145. not. *c*) *ſpectat ad verbum* expurgent *in textu lin.* 18.

pag. 146. l. 17. *ad verba* auctum eſt *in textu adde* not. *h**) Vide Lib. XXX.

pag. 143. l. vlt. *adde* Lympha tenuior in cane ſola aqua et pane paſto, experimento a RIVINO facto.

p. 148. l. 12. Sed etiam aegre aliqua - - - - cum timidiſſima oue conueniat *lege* Eodem cum pabulo diuerſa animalia, herbiuora omnia ſanguinem alium, et alium generant *p*), etſi diſcrimen vix oculos attingit.

ibid. l. 22. et aut ab opio *lege* aut ab opio enecta *s***) nullum in mamma cancroſa, inque carne bubula ſubiecto igne torta.

p. 149. l. 16. *lege* cum plano eam ſecante

p. 150. l. 1. *poſt* coniungitur *adde* Etſi enim ante rubri ſanguinis ortum cor moueri non negauerim *c**), certum tamen eſt, multo alacrius idem ſalire, poſtquam ſanguinis is color eſt *c***); certum etiam, cum ea ſanguinis diſſolutione, quae a febribus ſequitur, magnam virium diminutionem coniungi.

ibid. l. 9. *poſt* naſcitur *adde* Indis carnis victus expertibus, debilibusque in ſummo coeli aeſtu manus perpetuo frigent *d**)

p. 151. l. 13. *adde* Non oportet hic diſſimulaſſe, dari rubri ſanguinis cum robuſta febre coniunctionem, quae temperamentum pariat athleticum; dari vero et alium rubrum ſanguinem, quem putes a ſolo oleo attenuato floridum reddi, et cum debili fibrarum vitio coniungi. Hyſtericis feminis ſanguis floridus, et tamen parum eſt virium, vt ſanguinis miſſio noceat *n**)

p. 152. l. 16. *poſt* eam *adde* aquam

ibid. l. 22. *adde* Denique ſatis nunc conſentitur, ruborem ſanguinis a ferro eſſe. Plurimum vtique ad calorem confert oleum, ſiue cet.

p. 155. l. 11. *poſt* conſtituunt *adde* et per pulmones, et per cutem,

p. 156. l. 14. *adde* quam naturam alcalinae vicinam, ſponteque in putredinem vergentem, nuperorum Cl. virorum, et principis BECCARI, olim noſtri praeſidis, induſtria in farina cereali detexit.

ibid. l. 19. vt tamen in hoc exemplo - - - - huic gelatinae accedit *o*) *lege* mucoſo-gelatinoſam materiem ex rapa et braſſica plurimam haberi Cl. THOVVENEL *o*), et alioquin a muco ad lympham gelatinoſam non maxima eſt diuerſitas *o**).

ibid. l. penult. *adde* in adipe omnium potentiſſima *p**). Oleum tamen empyreumati-

*p*) ROVELLE p. 212. 213.
*c**) R. COCCHI *lezion. fiſ. anatomiche.*
*c***) CHIRAC *aduerſ. anat.* p. 320. Negat prius moueri.
*d**) IVES *Reiſ.* I. p. 86.
*n**) FASAN. *febr. epid.* p. 213.
*o*) Idem ibid.
*o**) BVTT p. 61.
*p**) HEWSON *inquiries*, p. 127.

reumaticum animale cum vegetantium empyreumatico oleo non vndique conuenire NEVMANNVS monuit, vt iſtud quidem ad coeruleum Berolinenſe parandum ineptum ſit *p***). Nam oleum animale vtique paulo minus acidum eſſe ſuſpiceris, et cum vberiori ſale alcalino volatili ſubactum.

pag. 157. l. 12. *poſt* ſuppeditat *adde* Sic ſucci animales longo vitae vſu per vaſa circumacti, alcalinis eo propiores fiunt, quo in duriores partes coiuerunt. In ſuccis animalium acoris eſt veſtigium; nullum in oſſibus, aliisue firmis partibus. Sic mira metamorphoſi e vegetabili victu animalia tamen minerale alcali pro baſi ſalis neutrius in ſanguine dominantis parant *t**).

Phlogiſti in naturam electricam tranſmutationem tetigimus *t***).

ibid. l. antepen. *lege* Ea terra ex vegetabilibus recepta,

*p***) T. I. P. 2. p. 350.
*t**) vid. Sect. II. §. XL.
*t***) vid. *Auctar.* ad Lib. V. Sect. II. §. IV*. p. 20.

---

ELEMEN-

# ELEMENTORVM PHYSIOLOGIAE

## *LIBER SEXTVS.*

## ARTERIARVM ET VENARVM OFFICIA.

### *PRAEFATIO.*

In libro, quem hic offero, plurima ratiocinia ſunt, experimentorum aliquantum. Prioribus detrahere maluiſſem, quam addere quicquam; minus enim illae BELLINIANAE theoriae valent, quibus in Anglia maſcula et hypotheſibus pene libera conſilia ad medendum ſucceſſerunt, felici certe rerum conuerſione facta. Alibi confuſa theoria dominatur, in qua excluſis certiſſimis experimentis occulta poteſtas ſubſtituta eſt, et euidenti ſenſuum teſtimonio ſemiuerae obſeruationes praeferuntur; eodem tempore, quo iidem medici clamant, debere bonam artem omni hypotheſi liberam tradi.

Quae in hoc libro, et inprimis in hac editione aucta extant, ea hic breuiter recenſeo, vt, quid lector ſperare poſſit, facilius perſpiciat. Retardationem ſanguinis in vaſis minoribus minorem eſſe per experimenta reperi, quam ex calculis poſitis ſequatur; aliquam tamen eſſe non repugnat. Cur autem experimenta a calculis diſſideant, partim in minori efficacia cauſarum retardantium quaeri debet, partim in noua ſubnata velocitate. Eo vis contractilis arteriae hactenus pertinet, vt certe compenſet motus progreſſiui iacturam, qui in lateralem abierat; de progreſſiui enim motus velocitate quaeritur. Vim deriuationis pene nouam, praeter HEYDII experimenta, hic expoſui. Deinde atriola mortis ad phaenomena manantis ſub microſcopio ſanguinis deſcripſi. Ea vir alioquin Ill., qui pleraque mea pericula ſuis confirmauit, negat ſe annotaſſe. Reperio autem, et ipſum vidiſſe, et me toties repetiiſſe, vt dubium omnino nullum mihi de his mortis nuntiis ſupereſſe poſſit. Motus in ſanguine poſt mortem animalis, cordisque quietem ſuperſtitis cauſas et phaenomena addidi.

Inde preſſionem lateralem, per experimenta euictam, a WEITBRECHTI, aliorumque dubiis vindicaui. Hic idem pulſus eſt, cuius phaenomena et menſuras, numerosque inprimis, pro varietate humanae conditionis varios, ad mea aduerſaria recenſui. Nimias illas pulſus frequentias non potui cum meis experimentis conciliare, deque *Theophili de* BORDEV nuperis pulſibus malui ampliare. Inter effectus motus ſanguinis potiſſimum calorem recenſui, quem

cum

cum multi nuperorum ad chemica phaenomena referant, ego quidem potiſſimum ab eo motu oriri, libratis vtriusque cauſae argumentis, perſuadeor. Ad ruborem etiam facere non dubito, etſi in ipſis etiam ſanguinis elementis eius coloris cauſa ponitur; neque hactenus video, aëri poſſe acceptum referri.

Demum venoſi ſanguinis motum, vndique neglectum, etiam ab Iatromathematicis, ad experimenta deſcripſi, et lateralem preſſionem a venis non abeſſe oſtendi. In eum motum magnam eſſe poteſtatem deriuationis reperi. De ea vero eiusdem perturbatione, quae a reſpiratione pendeat, iterum experimenta mea retuli, iuſtoque dolori aliquot paginas dedi, quem non pati non potui, cum viderem, me poſt tot mea experimenta plagii poſtulari, aut certe ad repetitores alienorum laborum relegari. Res ipſa conſiderari meretur, etſi in viuo homine vix vnquam locum habet, cum *Schlichtingiana* illa cerebri turgeſcentia, et alterna inflatio, duram matrem a cranio ſolutam, aliasque conditiones poſcat, quae a viuo homine abſunt. Celeritatem ſanguinis venoſi ad arterioſi ſanguinis velocitatem comparatam me facillima menſura metiri poſſe ſperaui, cum ſit non dubie in ratione inuerſa luminum venarum cauarum ad aortae lumen. Denique cur venae alterno motu non agitentur, conatus ſum exponere.

*Bernae*, d. III. Menſ. Sept. cIↃIↃccLXXVII.

---

## SECTIO I.

### SANGVINIS MOTVS, QVI AXIN SEQVITVR ARTERIAE.

Pag. 158. l. 2. *lege* perfici

ibid. l. 16. *adde* Ita vero velim, dum iſta tracto, legi, vt potius ſtudium mihi fuerit non omittere, quae alii clari viri propoſuiſſent, quam quidem ea docere, de quibus aliquid certi ipſe ſtatuam.

p. 159. l. 14. *poſt* BOISSIER *adde* quarta parte reliqua aorta latiorem eſſe alii clari viri.

ibid. l. 17. *lege* quem tumorem

ibid. l. 20. *poſt* vidi *adde* In pullo, qui ouo continetur, haec amplitudo adeo memorabilis eſt, vt eam ipſam MALPIGHIVS pro ſiniſtro ventriculo habuerit.

p. 160. l. 21. *lege* Ea

pag.

pag. 159. not. *e*) *lin.* 3. *adde* in ſpinoſis VICQ d'AZYR, *Memoir. préſ.* VII. p. 30.

pag. 160. l. 23. *adde* Ita in adulto homine; nam in fetu arcus aortae magis transverſus eſt.

p. 161. l. 1. *poſt* nacta ſit *adde* Imum crus ad originem aortae inclinatur, vt ea ſede arcus minor ſit latitudo.

ibid. l. 14. *adde* In equo vnus ramus, isque maior et capiti proſpicit, et brachiis, alter arcum facit, idem minor *x****)

p. 162. l. 4. *poſt* naſcitur *adde* aut ſubclauia ſiniſtra, pariter vt dextra, communem cum carotide truncum habet; aut vnus duarum carotidum, et vnus pariter duarum ſubclauiarum truncus eſt. Alias hoc ordine prodeunt: carotis dextra, ſiniſtra, ſubclauia ſiniſtra, arcus aortae *d**). Sed et arteria thyreoidea, aut thymica *d*†) ex aortae trunco *d*††) prodiit; alias aorta, inſula facta *e*), duplicatum cet.

p. 163. l. 13. *adde* Sed lego etiam in pluſculis animalibus dextram ſubclauiam maiorem eſſe.

ibid. l. penult. *lege* maiorum propaginum vltima *t*).

p. 164. l. 9. *lege* compoſitus motus

p. 167. l. 19. *dele* Verum Idem propriam - - - - per experimentum conſtitit *t*).

ibid. l. 25. *lege* Globulus tamen ruber axin tenebit, et longius etc.

p. 168. l. 12. *dele* Nunc, in exemplo, globulus - - - - globoſae figurae partes.

p. 169. l. 2. *lege* virorum

p. 171. l. 2. *lege* tympani membrana

p. 172. l. 25. *poſt* enim *adde* calor humidus.

p. 173. l. 15. *poſt* mutatur *adde* Haec enim omnia et in viuis animalibus vidi, et iniectio, quam vocant, arterias manifeſtas reddit, inque ſerpentinos flexus contrahit.

p. 176. l. vlt. *lege* effluit

p. 177. l. 13. *poſt* diminui *adde* Vidit eadem Cl. SPALANZANVS.

p. 178. l. 18. *adde* Non debet autem certa menſura recipi portionis celeritatis, quam a frictione liquor quicunque amittit. Haec enim omnia ex leuore, vel

*x****) *La* FOSSE *Hippiatrique.*

pag. 161. not. *z*) *lin.* 5. *adde* HVBER ſaepe; l. vlt. *adde* Ita et HVBER tantum vt confluant p. 73.

pag. 162. not. *a*) *adde* Bis vidit Ill. HVBER *Act. Heluetic.* VIII.

ibid. not. *f*) *dele* Arteria thyreoidea - - - - n. 7. p. 28. — lin. vlt. *adde* Duae carotides ex eodem trunco ERDMANN l. c. p. 5. 16. Nullus arcus aortae POHL *obſ. angiol. de art.*

*d**) POHL *de arteriis.* *d*†) MECKEL ibid.

*d*††) ERDMANN *arter. thyreoid.* T. II. f. 2. NICOLAI *diſſ.* n. 7. MECKEL ad me III. n. 141.

pag. 174. not. *p*) *adde* SCHREBER et MAK *de comparatiua ſanguinis in diuerſis vaſis velocitate.*

vel aſperitate vaſis, ex figura et longitudine, ex rectitudine et flexione eiusdem, ex viſciditate, aut limpiditate fluidi, ex celeritate impreſſa, et ex ponderibus incumbentibus mille modis alia fuit, aliaque.

pag. 179. l. 13. *lege* admireris

ibid. l. 16. *adde* Hinc, ceteris paribus, quo remotior quaeque pars corporis eſt a corde, eo lentior eſt motus, eo promtius reſtinguitur; et ex ipſa ratione diſtantiarum a corde oſtendemus, ſanguinem in moribundis in pede primum, inde in femore, porro in abdomine, demum prope cor motum amittere.

p. 181. l. 2. *lege* paulo poſt dilatationem,

ibid. l. 15. *adde* Additur, minores arterias magis ſerpentino ductu ferri *m**)

ibid. l. 18. *poſt* tubis *adde* qui ſint minimi,

p. 185. l. 8. *poſt* eſſet *adde* Gigantiſſae *Magrath* pulſus non fuiſſe ſupra ſexaginta lego.

p. 189. l. 23. *lege* innumerabilibus

p. 190. l. 6. *adde* Fuit, qui eum effectum reiecit, quod globuli ſanguinei elaſtici ſint. Verum is elater cum magna duritate coniunctus nondum demonſtratus eſt, neque ab indole pingui globulorum expectari poteſt.

ibid. l. 13. *poſt* ſanguinis *adde* progreſſiuus

p. 192. l. 4. *lege* adhaereant.

p. 195. l. 12. quae in calidis - - - nequeunt *lege* quae in pullis ouo contentis vtique inſtitui poſſunt,

ibid. l. 19. alio *lege* alterne

p. 196. l. 5. *lege* nullique

ibid. l. 17. *adde* Paruum etiam diſcrimen eſſe, quo velocitas ſanguinis truncos percurrentis ſanguinem per ramos fluentem ſuperat, SPALANZANVS repetito experimento docuit; inque ipſis venis alias aequalem celeritatem vidit arteriae ſuae, alias parum minorem, vt per ſyſtolen cordis arteriae ſuperare viderentur, per diaſtolen venae. Neque diſſimulari debet, vt certo plicae videantur ſanguinis motum tardare, in venis tamen teneri pulmonis animalium ſanguinem expedite fluxiſſe *n**)

ibid. l. penult. *poſt* ſanguinem *adde* in catellis

p. 197. l. 3. *adde* Carotidis arteriae ſaltum ad ſeptem pedes Cl. FRAIRIOT aeſtimat.

ibid. l. 23. vnice *lege* tamen

ibid. l. vlt. cuius *lege* qui,



*m**) Ill. SCHREBER *de compar. ſanguinis in diu. vaſ. veloc.*

*n**) SPALANZAN. p. 59.

pag. 198. l. 4. trunculorum *lege* trunculum
ibid. l vlt. *adde* in arteria, quae in venam tranſit.
p. 199. l. 3. oſtendimus *lege* probabile eſt
ibid. l. ead *poſt* ſupereſſe *adde* in viuis tamen animalibus microſcopium eam potentiam non confirmat; vt neque coaguli efficaciam
ibid. l. 12. *lege* Neque tamen interim diſſimulo,
p. 201. l. 10. *adde* Periculoſe ſanguinem in venam cauam inferiorem ſubito irruere, quando aquarum hydropicarum comprimens pondus per paracenteſin ablatum eſt, dudum eſt oſtenſum.
ibid. l. 24 *poſt* retardari *adde* Simillima horum Cl. SPALANZANVS vidit, ſavente pondere velocitatem in pullo auctam fuiſſe, qui ouo continetur; et viciſſim alias celeritatem a ponderis reſiſtentia diminutam. In minimis etiam vaſis diſcrimen vix percipi poſſe *Idem*.
p. 204. l. 3. quatuordecim *lege* triginta tres
p. 205. l. 23. *lege* ſubſultantium
ibid. l. 27. *poſt* velocior *adde* Et ſi aliquando conuulſio a laeſa, aut reſecta ſpinali medulla paulum ſanguinis motum turbauit, quae etiam Cl. SPALANZANI eſt annotatio, breuis tamen haec fuit confuſio, et continuo in ordinem rediit *p***).
p. 206. l. 12. *poſt* mutuantur *adde* debiliter vtique, cum pauci nerui plurima celluloſa tela tegantur.
ibid. l. 24. hic tamen multa - - - carere non poteſt *lege* nempe contractilem vim in arteria certam ineſſe; in ea vi aliquas eſſe partes meri elateris, qui a vita non pendeat; aliquas videri fibrarum eſſe muſcularium, neque nulla proferri experimenta, quae etiam irritabilem naturam arteriis ineſſe ſuadeant, quam efficax ſtimulus ſcintillae electricae excitat. Ineſſe denique vis neruoſae tantum, quantum a tenuibus fibris, et tenerrimis neruis expectari poteſt, quos plurima celluloſa tela velat.

Deinde arteriae quaecunque ſit vis contractilis, primas tamen cordis eſſe, et ad eius contractionem ſanguinis motum pertinere. Nunc, quis ſit in promouendo ſanguine contractae arteriae effectus, oportet diſquirere.

p. 207. l. 2. mere *lege* mire *et poſt* intumuit *adde* inque varicem abiit, in qua arteriae pulſatio percipiebatur
ibid. l. antepenult. fit *lege* cogitari debet
p. 208. l. 9. *lege* Sed ea celeritas in ſanguine poſterius in ſequente maiori ratione decreſcit perpetuo, donec cet.

pag.

*p***) Sed confer Lib. IV. p. 465.
pag. 209. l. 11. *ad verbum* edit *adde* not. *i**) FONTANA *ricerche*, p. 103.

pag. 209. l. 3. quem *lege* quam

p. 210. l. 1. *poſt* arterias *adde* laeſas.

ibid l. 22. *adde* Sed neque Cl. SPALANZANVS in minoribus animalium vaſis vllam contractionem vidit, aut dilatationem.

p. 214. l. 9. *poſt* dominari *adde* dictum eſt *et dele* vel ex iis exemplis - - - et inde natae maculae *e*).

p. 215. l. 14. *poſt* demſeris *adde* Haec phaenomena omnia perinde vt ego, ita Cl. vir *Laz.* SPALANZANVS vidit, cauſam perinde mecum ignorat.

p. 216. l. 20. *poſt* excitatur *adde* In frigidis noſtris animalibus concuſſio ab irritata medulla ſpinali nata, ſolebat ſanguini languenti aliquam velocitatem reddere.

Vaſa rupta a vehementi nixu paſſim reperias apud SMETIVM. Sudor inde ſanguineus. CAROLVS XI, cum amico ab vrſo periclitanti ſubuenire properaret, venam ſibi rupit *s**).

p. 218. l. 7. aliquis *lege* aliqua preſſio

ibid l. 8. quoties *lege* quibus

ibid. l. 19. *poſt* increſcunt *adde* dum frequentius et validius a ſanguine venoſo irritatur.

## §. XLI*. *Tonus.*

Hanc cauſam motus poſſis addere ex STAHLII potiſſimum theoria. Humores nempe Cl. vir putabat non a ſolo corde regi, ſed a conſtrictione ſpaſtica liberum commeatum impediente fieri, vt humores in partem ab anima deſtinatam colligantur. Eum enim motum non poſſe viribus arterioſo ſanguini communicatis tribui *d***).

Comparari poſſet effectus balnei frigidi, in quo eiusmodi conuulſio vniverſae cutis, forte et muſculorum locum habet. Ab eo enim balneo ſanguinem in caput et cerebrum congeri, et apoplexiam non rariſſime fieri, notiſſimum eſt. Haemoptoë inde et vniuerſalis ſugillatio *d****).

In hypotheſi STAHLII veri quid ſupereſſe non recuſo; ſi nempe pars celluloſae telae aliqua durior, et ad elaterem et contractionem aptior, alia laxior, ad diſtentionem pronior fuerit; nihil repugnat, quin lente quidem, ſed tamen perpetuo, pars illa prior ſe ſanguine venoſo depleat, arterioſo a corde aduenienti

 reſiſtat,

pag. 210. not. *n*) *adde* LISTER *Journ. to Paris.*
ibid. *lin.* 19. *ad verbum* poſſunt *adde* not. *t**) Lib. II.
*s**) ROBINSON ibid.
pag. 218. l. 18. *ad verbum* oſtendemus *adde* not. *d**) Lib. XI.
*d***) *Morb. ſpasm.* 17. etc.
*d****) LIMBOVRG *bains d'eau ſimple.*

reſiſtat, vt demum ex lege deriuationis, humorum pondus in eam corporis partem ingruat, in qua maior partium ſolidarum laxitas eſt.

### §. XLI**. *Noua dubia.*

Haec cum ſcripſiſſem, morbusque meus aliquas feciſſet inducias, vt limpidiori mentis vſu fruerer, denuo viſum eſt, rebus rite expenſis, ne in his quidem cauſis ſcaturiginem eſſe nouae celeritatis. Non in deriuatione rara et quae tamen latens videatur eſſe tonica contractio. Non in contractili vi, mortua, inſita aut neruoſa. Hae enim vires omnes in ſubſidentia quidem arteriae ſanguinem comprimunt, eius motui progreſſiuo addunt. Verum omnes eae cauſae in tempuſculo paulo priori eandem celeritatem perinde, et eadem portione diminuerunt, vt nunc augent. Contra vim nempe cordis ſanguinem agentis, arteriae vis contractilis quaecunque ſe habet, vt contraria poteſtas. Eam cordis vis ſuperat, ſed vt ſuperet, impendit vim aequalem praeſenti vi contractili arteriarum. Erit adeo celeritas ſuperſtes ſanguinis c — a (cordis celeritas diminuta contractione arterioſa). In proximo tempuſculo autem contrahitur aorta ad eandem diametrum, ex qua per vim cordis dilatata fuit. Celeritas ergo ſanguinis eſt c — a + a, nempe ipſa celeritas cordis nihil mutata, niſi portiuncula aliqua exigua vix definienda, quam frictio abſumſit.

Quod ad muſculos pertinet, eorum actio non penitus nihil poterit in celeritate ſanguinis augenda. Venoſum nempe non dubie ſanguinem incitant, et preſſionem ſuam vnice contra cor dirigunt. Ducentibus valuulis ſanguis ad cor celerius redux irritat id organum intra idem tempus, et pro ratione molis potentius et frequentius. Noua ergo hic vis ſubnata eſt, quae prius nulla adfuit. Aliquam quidem partem huius compreſſionis valuulae abſumunt, non tamen totam, tum experimento teſte, et euidente caloris atque pulſus augmento per motum muſculorum ſubnaſcente; praeterea columnae ſuccedentis ſanguinis valvulas ſuſtinent, ipſaque figura cuiusque venae facit, vt preſſio ſanguinem facilius verſus canalem maiorem agat, minus vero contra anguſtam ſedem venae repellat *d*****).

pag. 218. l. 29. *adde* Cum plurima mecum veriſſime *Lazarus* SPALANZANVS viderit, valde miror, virum clariſſimum haec mortis atria reiicere, quae ego adeo manifeſto, adeo frequenter vidiſſem *d*†).

Mirabar merito, ipſum enim Cl. virum omnia, quam ego, pariter vidiſſe manifeſta ſunt teſtimonia *d*††).

Quare

*d*****) Lib. III. *d*†) Negat autem *fenomen.* p. 309. 312.

*d*††) Lentius moueri vidit *fenom.* p. 104. *Motus ſanguinis* p. 37. Oſcillare p. 27. 53. 76. 225. 302. *Mot. ſangu.* 25. 33. quieſcere et in motum redire *fenom.* p. 27. 163. 221. *Mot. ſangu.* p. 22.

Quare nihil in ſitu vitii fuerit, in quo animal ſpeculatus ſum; cur enim aliis in phaenomenis, quae L. SPALANZANVS ſuo aſſenſu confirmat, ſimilia eorum vidiſſem, quae vir Ill. vidit?

pag. 219. l. 11. *poſt* oſtenſum eſt *adde* Vidit in canibus Cl. BOISSIER *h**).

ibid. l. 15. *adde* A retroceſſione fit, vt in moribundis exteriora frigeant, et abs-que pulſu ſint, dum prope cor calor ſupereſt, et pulſatio aliqua.

p. 220. l. 6. motu *lege* ſanguine

ibid. l. 10. *poſt* redditur *adde* Vtiliter Cl. FOVQVET in moribundo vidit, primum pulſum defeciſſe in poplitis arteria, deinde etiam in radio, dum formicatio in corde ſupererat; et ea ipſa denique pulſatio morientem, deſeruit *p**).

ibid. l. antepenult. In GVILIELMO III. - - - ſanguis fuit *lege* Vaſa ex febribus hecticis, ex ciborum defectu, ex diabete, aliisque cauſis inanita paſſim legas, et arteriam cuniculi exſanguem, cum oſſea facta eſſet.

ibid. l. vlt. *adde* Sed ea dicta ſunt *x**).

p. 222. l. 15. *adde* Vidit et SPALANZANVS.

p. 223. l. 6. *poſt* diſſolutus *adde* Die a morte tertio de vena inciſa ſanguis fluxit *d**).

In febre remittente haemorrhagiae ſpontaneae, non criticae, vt etiam a morte ſanguis efflueret *d***).

Sudoris a morte erumpentis, lymphae de vulnere veſicatorii manantis exempla legas.

ibid. l. 14. *adde* Neque alia cauſa fuerit celebris illius cruentationis cadaueris, quam aui noſtri ad contactum homicidae ſuperuenire, et reum hominem accuſare perſuaſi fuerunt.

Idem aër poteſt etiam in celluloſis telis *g*†), quae vaſis circumponuntur, expandi, inque magnis caueis, et viſcera, atque vaſa vrgere. Hinc tumor cadauerum a morte, et natura natatilis. Inde forte ab aëre abdomen diſtendente, laxatis nunc fibris vteri, infans poſt mortem de matre expulſus fuerit *g*††).

*h**) *Noſolog.* IV.
*p**) *Du pouls*, p. 242. 243.
pag. 220 *lin.* 12. *ad verbum* vidi *adde* not. *p***) Fuſius dicetur in Sect. II.
*x**) p. 225.
*d**) *Eph. Nat. Cur. Decur.* I. *ann.* I. *obſ.* 50.
*d***) MILLAR *diſeaſes*, p. 72.
*g*†) Conf. *Journ. de medec.* 1765. Iuin.
*g*††) Lib. IV. p. 467.

SECTIO

## SECTIO II.

### PRESSIO LATERALIS. PVLSVS.

Pag. 225. l. antepenult. *adde* Omitto, aliam quae interpretationem patitur, inanitatem vaſorum in cadaueribus non raram, potiſſimum poſt longos morbos.

p. 226. l. 7. *poſt* plenum ſit *adde* quae etiam *Lazari* SPALANZANI eſt ſententia.

p. 228. l. 9. *poſt* progrediantur *adde* Quae omnia in ſuis ſalamandris *Lazarus* SPALANZANVS, perinde vt ego in ranis, vidit.

p. 230. l. 3. *adde* Haec arteriae in longitudinem productio etiam in iniectione, quam vocant, anatomica euidens eſt. In viuis animalibus adeo conſpicua eſt, vt nuper Cl. viri eam dilatatione manifeſtiorem fecerint, Cl. IADELOT, ARTHAVD et LAMVRE, tamen vt eorum primus mecum fateatur, euidentiorem eſſe in arteriis curuis, in rectis obſcuriorem, vt deſtructa curuatura eleuationem carotidis deſtruxerit.

p. 230. l. vlt. *adde* Alibi equidem de hac quaeſtione egimus. Repetere tamen oportet, vtique arteriam ligatam non tumeſcere, et ab ea ſanguinem fugere, quoties in vicinia rami ſunt, per quos ſanguis effugium inueniat. Quoties vero arteria absque ramis eſt ſub vinculo editis, toties vtique, et vehementiſſime arteria ligata tumet, vt apparet, ſi in quocunque animali aortam ſupra cor ligaueris. Nunc in noſtro exemplo, cum in omnes, eodem tempore, arterias noua ſanguinis vnda incumbat, nusquam locus erit inanis, quo ſe impulſa ea vnda recipiat, et neceſſe erit, eam ſpatium ſibi parare in aucta arteriae cauea, quam et in longitudinem producit, et in latitudinem. Sed etiam arteria tibialis viui hominis ligata in aneuryſma intumuit *c**).

p 233. l. 14. *poſt* nempe *adde* quoad

ibid. l. 15. *poſt* aperit *adde* Preſſio enim lateralis eſt aequalis quadrato orificii arteriae liberae, diminuto quadrato orificii arteriae obſtructae, atque adeo tota preſſio in lateralem abit, quando arteriae liberae area nulla eſt.

pag.

pag 226 *dele* not. *e*).

*c**) *Med. Muſ.* I. n. 4.

pag. 231. not. *e*) *lin.* 10. *adde* MOLINETTI, RIVA *Eph. Nat. Cur. Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 18. TARGIONI *Raccolta* II. p. 122.

ibid. not. *f*) *adde* PLEVIER *oſſificat. praeternatural.* p. 11.

ibid. not. *h*) *lin.* 2. *adde* MORGAGNI *de ſedib. et cauſ. morbor.* III. 83. — *lin.* vlt. *adde* In abdominali aorta MORGAGNI l. c. GENGA *anat. chir.* p. 92.

pag. 232. not. *k*) *lin.* 1. *adde* MORGAGNI *de ſed. et cauſ. morb.* I. p. 276.

pag. 233. l. 16. *poſt* facta eſt *adde* In ſpina ventoſa arteriae dilatantur *q***), et vulgo in tumoribus cyſticis.

p. 234. l. 4. *dele* Menſuram preſſionis lateralis - - - - preſſionis menſura ſit.

p. 235. l. 17. *poſt* impediueris *adde* per priora.

p. 238. l. penult. Poteſt autem pulſus - - - - aut a coagulatione *lege* Olim ita Cl. viris viſum eſt, et nuper in multis experimentis Cl. IADELOT, ARTHAVD, LAMVRE, in nonnullis etiam Cl. PORTAL.

Verum et ego vidi, in ouium potiſſimum meſentericis vaſis, et vidit Cl. SPALANZANVS vtique arterias veriſſime dilatari, euidentius in animali robuſto, in vaſe magno, et in aorta, obſcurius in debili, et in paruo vaſe. Merito monuit Cl. COLOMB in *Antonii* PORTAL experimentis tunc euidentius, arteriam loco moueri, quando dilatatio obſcurior eſt. Facile enim apparet, nouae vndae ſanguinis ſpatium eſſe parandum, id ſi in longitudine aucta paratum fuerit, eo minus latitudinem iri mutatum.

p. 239. l. 16. *adde* Nuper Cl. SPALANZANVS annulo circumiecto arterias in flexionibus ad tertiam vsque partem dilatari vidit, arteriam pulmonalem ſalamandrae etiam ad dimidiam; plus equidem in principio, in progreſſu minus.

ibid. l. 25. *lege* diameter

p. 240. l. 5. *lege* creſcat

p. 241. l. 8. *poſt* aliquis *adde* fuit. In abdomine nullus *d****).

ibid. l. 12. *lege* percutitur

ibid. l. 24. *poſt* producta *adde* Ipſe Cl. SPALANZANVS vidit arteriam in principio ad dimidias dilatari, in progreſſu minus.

p. 243. l. 3. *poſt* VIEVSSENS *adde* et nuper Cl. IADELOT,

ibid. l. 7. *poſt* manifeſtum eſt *adde* ſanguinis de corde exitu impedito, a polypis inter valuulas intricatis *y**), aut a valuulis aorticis oſſeis *y***) pulſum pene deſtrui,

ibid. l. 12. *adde* Sed etiam inter duo vincula arteria plerumque pulſu deſtituitur *c**); ſi aliquando ſaliiſſe viſa eſt, id omnino tribuas arteriae communicanti, quae inter

*q***) FALK *vener.* p. 250.

pag. 234. not. *z*) *lin.* 5. *adde* Coſtae fractura BOERHAAVE *Prax. med.* I. p. 394. — *lin.* vlt. *adde* MORGAGNI *de ſed. et cauſ. morb.* II. p. 148.

ibid. not. *a*) *adde* Aneuryſma ruptum *Medical obſ. and inquiries* III.

ibid. *ad verba* aequalis eſt *in textu lin.* antepen. *adde* not. *a**) Lib. II. p. 427.

pag. 239. not. *t*) *adde* Similia fere Cl. WINTERL *de inflammat.* arteriam magis nempe dilatari, quam exigit copia ſanguinis in noua vnda in arteriam magis impulſi, p. 98. 117.

*d****) VALISNER III. p. 198. LIEVDAVT *ſepulchret.* II. p. 49.

*y**) VALISNER III. p. 198. *y***) LIEVDAVT *ſepulchret.* II. p. 75.

*c**) LAMVRE *Mem. de l'Acad.* 1765. p. 655.

inter duo vincula in truncum reuinctum inſerta fuerit, cuiusmodi arteriae neceſſitatem faciunt duplicis, poſt aneuryſmatis curationem, iniiciendi vinculi. Simplex enim ſi vinculum foret, arteria communicans a ſuperiori et aperta parte trunci arteria, ſanguinem in arteriae partem, a qua ſanguinem auertere oportet, ducere pergeret.

pag. 243. l. 14. *adde* aut a tono; neque video, cur dubitem, omnem omnino pulſum, vt omnem ſanguinis motum, cordi acceptum referre. Video obiectionem, eſſe vbi cor aliquoties pulſet, neque ideo arteriae dilatentur *d**). Id in moribundis fit animalibus, in quibus cor contrahitur quidem, ſed vix quicquam ſanguinis eiicit, vt arteriae dilatatio conſpicua non ſequatur.

Video denique eſſe, qui velint, ante a propria vi arteriam periri, quam ſanguinis vnda aduenit *d***). Verum hic Cl. viris experimenta obſiſtunt *d****).

p. 244. l. 15. *poſt* auctor *adde* et eius ſequaces.

p. 245. l. antepen. *poſt* reperio *adde* Huc forte referas pulſum in vna manu maximum, qui in altera non percipitur.

p. 246. l. 9. *poſt* expertus eſt *adde* In ſede inflammata pulſus multo vehementior percipitur, vt etiam exiguarum arteriarum pulſationem percipias, quae in ſano nullae tangantur. Credas etiam arteriam coarctatam, et arteriam ſquamis oſſeis variam aliter ſalire, quam ſanam.

ibid. l. 14. *adde* Denique exempla reperias, in quibus cauſa phaenomeni difficulter reperiatur; eiusmodi homo eſt dictus Cl. *de* HAEN, cui in altero carpo 95, in altero 115 pulſus fuerunt. In manu dextra pulſus intermittens, in ſiniſtra bonus apud BADER; ſic *n*†) in febre maligna pulſus in carotide vehemens, in carpo tardus et naturali ſimilis fuiſſe legitur. Carotidis quidem vehementiorem, quam in aliis arteriis, pulſum ſaepe expertus ſum *n*††).

p. 249. l. 2. *poſt* celerior *adde* ipſius fetus equi immaturi, et

ibid. l. 7. *lege* Boui 36 et 38 *q*) et 40 *q**). Equo 34 *r*) ad 48.

ibid. l. 11. *poſt* feminis *adde* etiam inter animalia *x**).

ibid. l. 14. *adde* De eo euentu alias quaeretur.

pag.

*d**) COLOMB apud PORTAL p. 38.
*d***) WINTERL *inflammat.* p. 165. *d****) Lib. IV.
pag. 246. not. *d*) *adde Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* 10. *obſ.* 74.
*n*†) KIRBY *de febr. malign.* p. 174.
*n*††) *Swensk. Acad. Handling.* 1773. p. 3. Plura vide *Auct.* Faſc. II. p. 60. 67. ſequ.
*q*†) *Du* FOT *malad. epizootiqu.* p. 34.
*x*) Boui 40, vaccae 45. *du* FOT l. c.
pag. 249. not. *z*) *adde* Sibi a tribus granis laudani intra minutum primum ſex pulſus defeciſſe YPEY, p. 489.
pag. 250. not. *c*) *adde* Quater, quam homini, pauciores CALDAN.
ibid. not. *d*) *e*) et *f*) deleantur.

pag. 250. l. 4. *lege* In rana *c*) ad 26, anguillae ad 24 et 30, cochleae vnicus in octo ſecundis minutis *b**), in vipera in minut. ad 28 *g*), in teſtudine etc.

p. 250. l. 16. *poſt* muſculorum eſt *adde* et nixus, et vomitus, et potentiſſimus partus.

ibid. l. 17. *poſt* ſuppeditat *adde* Hoc experimentum nuper in Anglia auctum eſt, et conſtitit, augeri pulſum minori vero pro caloris externi portione. Ita reperio, fuiſſe pulſus 126 cum calore 130 graduum, et pulſus 139 cum calore aëris 130 graduum *m**). Iterum in calore multo maiori 240 et 260 graduum pulſus non ſupra 144 fuerunt *m***). In alio experimento cum calore 202 graduum calor humanus fuit 99½, pulſus 120. In aëre 210 grad. calor humanus 111½, pulſus 114. In alio cum aëre 227 grad. calente pulſus ab 80 ad 145 aſcenderunt, calor ſubſtitit ad 102 *m****).

ibid. l. 18. *poſt* accelerat *adde* cuius in calore incrementa, inque pulſu, ne opus ſit repetere, paucis dicemus. Aquam calentem paulatim pulſum duobus, 6. 12. 15. et 25 et 40 pulſibus, et vno intra minutum primum augere, et viciſſim frigus deprimere. In nuperis legas experimentis, in calore 124 grad. pulſus fuerunt centum *o**), et in calore 114 pulſus a 73 ad 114 aucti *o***), et a 65 ad 110 *o****), et in calore 110 grad. pulſus 98 ad 120 *o*†), Thermae aliquando magis ſtimulant, et pulſum auxerunt ad 120 *o*††).

In hypocauſtis illis ruſſicis 167 gradib. Fahr. calentibus pulſus in ſene ad 120, in viro ad 130, in puero ad 150 acceleratur. In languentibus animalibus calor externus pulſum facit frequentiorem *p*), quod quidem cet.

p. 251. l. vlt. corde *lege* corpore

p. 252. l. 12. *adde* Ad debilitatem etiam pulſus illos celerrimos refero, quos a laeſa medulla ſpinali Cl. CAVERHILL *c**) annotauit, vt ad 122. 118. 140. 160. 162. 183. pulſus aſcenderent, quae quidem frequentia fidem meam ſuperat.

ibid. l. 22. *poſt* aſcenderunt *adde* cum incideretur.

p. 253. l. 2. *poſt* ſedecim *adde* et triginta



*b**) HANOW. *m**) *Phil. Tranſ.* LXV. P. I. *m***) Vol. LXV. P. II. p. 487.
*m****) DOBSON ib. Plura vide p. 253. et Auct. Faſc. II. p. 60. 67. ſeqq.
*o**) HAYGARTH apud FALCONER *Bathwaters*, II. p. 182.
*o***) Id. loc. eod. *o****) Id.
*o*†) Id. p. 182. *o*††) Id. eod. loc.
*c**) *On heat.*

pag. 253. *ad verbum* febres *in textu lin.* 15. *adde* not. *n**) Nimius fuerit Cl. WHYTT, qui pulſus in febre facit 180. *Nerv. diſorders* aut Id. 200.

ibid. not. *o*) *adde* Semel 140 MARTIN die tertio. Nam alias tantum 107. 103. 91. fuerunt.

ibid. not. *q**) *adde* (SENAC).

pag. 253. l. 18. *poſt* naſcuntur *adde* Denique morſus animalium iratorum, in quo venenum eſt, fere pulſuum numerum auget, exiguae etiam beſtiolae, araneae. In eximiis *Antonii Martini* q***) ROLANDI f. experimentis in variolis confluentibus ante eruptionem pulſus temporum 97, manus 118, cum calor foret 37 grad. et die tertio pulſus temporum 92, carpi 109, cum calore 34, vt tamen pulſus carpi ad 132 aſcenderent. In alia febre pulſus 140 *Donald* MONROVS reperit, qui vix numerari poſſint, easque ad 160 et 183 augeri poſſe perſuadetur r*).

p. 254. l. 10. *adde* Rarior in melancholico homine c*)

ibid. l. 17. *lege* ad decem et quindecim

ibid. l. 21. *lege* aliaque

ibid. l. 22. *dele* aut ad hypotheſin *et poſt* crediderim *adde* aut debilitatem ſummam o*)

p. 256. l. 12. *adde* Suſpenſis pulſus nullus eſt, et redit a venaeſectione, quae facit, vt ſpatio nato cor ſe deplere queat; a vapore etiam carbonis, cum vires vna deficerent, pulſus rarus fuit.

ibid. l. 23. *adde* Mihi aliquot per annos obſcura de cauſa pulſus vehementer intermiſit, vt integris diebus tertius quisque deficeret. Eum ſtatum aegre ferebam, vt frigori et animi deliquio proximus eſſem, potiſſimum cum alter quisque pulſus me deſtitueret. Id tamen tantum malum ſponte euanuit, neque nunc aliquot per annos quicquam ſenſi in pulſu alienum. Cum intermittente pulſu collecti ſanguinis ſenſum cum aliquo dolore percipiebam.

ibid. l. vlt. *poſt* frangentibus *adde* pulſus ſaepe, et idoneos apud auctores, tardus fuit, teſte olim PALFINO, nuper Cl. SARCONIO et *le* ROI, vt ad 45, ad 40, demum in exemplo Cl. *Ioſephi* LIEVTAVD ad 20 pulſuum numerus decreuerit.

Ex eadem cauſa alias pulſus ita penitus cet.

p. 257. l. 9. *poſt* percipiatur *adde* A diabete pulſus rariſſimus, tunc aſphyxia d*).

ibid. l. 14. *lege* pro legitimo ſtimulo et efficaci ſufficit.

ibid. l. 21. *poſt* frigus *adde* Saepe in animali vidi quamque arteriam, vt a corde remo-

q***) *Sw. Acad. Handling.* 1773. Trimeſtre 3.

r*) *Praelect.* p. 103.

c*) WHYTT *diſordr.* p. 303.

pag. 255. not. *l*) *adde* ad 70 et 90. D. MONRO l. c.

ibid. *lin.* 20. *ad verbum* febrium *adde* not. *n**) WERLHOF *de variol. et anthracib.*

o*) vid. pag. ſequ. et *Auct.* ad hunc loc.

pag. 256. *lin.* 1. *ad verbum* polypo *adde* not. *p**) Tantum 15 apud TARGIONI *raccolta* II. p. 122.

d*) *Medic. obſ. and inquirics*, T. III. p. 26.

remotior erat, ita priorem ab officio ceſſaſſe; demum ſolas arterias magnas et cordi propiores micaſſe. Vidit Cl. FOVQVET pulſum in moribundo primum in poplitea arteria defeciſſe, deinde in radiali, vt in ſede cordis formicatio quaedam ſupereſſet. Aderat (a contracta procul dubio auricula dextra) pulſatio venae iugularis, ſed et ea ante mortem euanuit.

pag. 257. l. 22. *poſt* debilibusque *adde* a vapore venenato carbonum percuſſis *i**), aut fermentantis muſti *i***), demum a vehementi terrore *i****) ictis

p. 258. l. 17. *adde* Verum id quidem apprime memorabile videtur, quod et MORGAGNVS vidit, vir ſummus, et ego vidi, ad ſtuporem vidi, et alii certi teſtes viderunt, pulſum in ſano homine alioquin, ſed a dyſenteria labefactato, nullum apparuiſſe ne in corde quidem, qui tamen orthoſtadius ſurgeret, ederet, loqueretur, officiis vitae humanae fungeretur, nullius ſibi periculi conſcius.

p. 259. l. 19. *adde* In fetu ſexto menſe edito pulſus 120 *e**).

ibid. l. 23. *adde* Centum triginta ad centum quadraginta HEBERDEN *g**).

ibid. l. vlt. *poſt* 120 *adde* et perinde apud Cl. HEBERDEN

p. 260. l. 17. *poſt* 45 *adde* Cl. WHYTT qui 38. 40. *r**)

p. 261. l. 13. ad quinquageſimum *lege* ad ſexageſimum nonum *et poſt* numeraui *adde* frequenter ſupra 80, nunquam infra 70.

ibid. l. 17. *poſt* poteſt *adde* Pulſus 44. 47. *Thaddaeus* BISCHOFF, triginta et 40 Cl. BOISSIER habet *q**).

p. 262. l. 1. *adde* Mihi nunc, dum haec ſcribo, ſeptuagenario pulſus vt pridem ſunt fere 80, neque infra 70 deſcendunt.

ibid. l. 14. *adde* FLOYERVS nimis paucos facit. Foeminae pulſus 120, numeroſorum vtique pulſuum patronus Cl. WHYTT *e**).

p. 263. l. 16. ne *lege* nullis

ibid. l. 18. *lege* ſi vero ad eum numerum decem aut quatuordecim alii acceſſerint,

p. 264. l. 8. *lege* grandis

ibid. l. 21. *lege* vt accuratius paulo numeros augmenti definiamus.

p. 265. l. 19. *dele* Aër frigidus pulſus decem - - - - motus diminuitur.

p. 266. l. 10. termino *lege* initio



*i**) SAGAR *ſyſtem.* II. p. 541.
*i***) p. 358.
*i****) ZIMMERMANN *von der Erfahrung*, p. 571. qui tamen conualuit.
*e**) WRISBERG *Nou. Comment. Gotting.* T. III.
*g**) *Med. Transact.* II.
*r**) *Nerv. diſordres*, p. 119.
*q**) *Noſolog.* I. p. 382.
*e**) *Nerv. diſord.* p. 119.

pag. 266. l. 17. *poſt* pulſus *adde* 160, 180, 183 *s**), 200, aut demum

ibid. l. ead. *poſt* aſſignari *adde* Summus numerus in aeſtuoſiſſimo aëre apud Britannos philoſophos fuit 140. Vir vtiliſſimus, et meliori ſorte digniſſimus, *Antonius* MARTIN pulſus in variolis ad 132 aſcendiſſe vidit *u**).

ibid. l. vlt. *poſt* numerat *adde* Sic Cl. ALEXANDER pulſus ſupra 137 negat numerari poſſe.

p. 267. l. 7. febris *lege* pulſus

ibid. l. ead. excreuit *lege* increuerunt *et loco* rediit *lege* redierunt

ibid. l. 10. *lege* a 36 ad 50 *d*), et ad 66, etc.

ibid. l. 17. *adde* Ita *Antonius* MARTIN in variolis frequenter alium pulſuum numerum in temporibus reperit et in carpo, vt etiam inſignius diſcrimen eſſet, 91 et 109; 64 et 95; porro 97 et 118; 91 et 109, vt fere in carpo frequentiſſimus videretur *i**). Longius progreſſi Galli pulſum in vtroque latere feminae grauidae diſſimilem eſſe ſui, et debiliorem, qua parte puellam vtero gerebat *i***).

ibid. l. 19. *poſt* comparant *adde* fere vt 5. 4. ad 1,

ibid. l. vlt. *adde* Et in vniuerſum in febribus, quoties pectus non laborat, pulſus multo frequentior eſt, cum reſpirationes a numero ſani hominis parum recedant.

p. 270. l. 9. *adde* Mollem et debilem fibra laxa facit, qualem pulſum aeſtus in Carolina meridionali ex pleno et forti deprimit *l**).

ibid. l. penult. *poſt* deſerit *adde* quorum veritatem Ill. FONTANA teſtis confirmat.

p. 271. l. 2. a diuerſo *lege* a dicroto

p. 272. l. 5. *poſt* inaequalis eſt *adde* Demum nuper Idem pulſus duos nouos prioribus addidit, *pulſum nephriticum* et *pulſum ſtomachicum n**).

ibid. l. ead. Verum plura repetere omitto, cum - - - - animum poſcunt *lege* Verum plura repetere omitto; id autem ſtructurae genus experimentorum iteratione oportet aut ſtare, aut euerti, quorum vtrumque otium et opportunitates

*s**) MONRO l. c.
pag. 266. *ad verbum* 300 *in textu lin.* 17. *adde* not. *t**) WHYTT l. c.
*u**) 1773. Trimeſtre III.
pag. 267. not. *e*) *adde Vicq d'*AZYR *expoſé.*
ibid. not. *g*) *adde* p. 327.
*i**) *Swensk. Wetensk. Acad. Handling.* 1773. Trimeſtr. 3.
*i***) BORDEV *recherches* T. III. ann. 1772. et alii bene multi.
*l**) CHALMERS *diſeaſes*, p. 14.
pag. 270. not. *q*) *adde* de eo Cl. STRACK *Journ. de medec.* T. XXVI.
pag. 271. not. *b*) *adde* MENVRET, FOVQVET etc.
*n**) *Recherches ſur le pouls*, T. III. edit. 1772.

nitates, et liberum inprimis a praeiudicata opinione animum poſcit. Sed etiam in praeſentibus aegris experimentum facere mea aetas negat.

Qui nuper Cl. BORDEVII veſtigiis inſtitit FOVQVETVS, hos pulſus et alios etiam ſubtilius figuris expreſſit. In gutturali pulſu longam et grandem eminentiam in anteriori arteriae ſede reperit; in inteſtinali pulſum antrorſum conice diminutum cum ſenſu grani duri, duorumue etiam granorum. In naſali eminentiam reperit, deinde grana aliquot antrorſum fugientia. In vterino ſimilia grana, rectius vero progredientia et absque tumore. In haemorrhoidali tumorem; deinde grana anterius exigua, quae in dyſenteria ſe diffundant. Sic Cl. STRACK pulſum irritatum deſcripſit, et inteſtinalem, et menſtrualem n**), porroque conuulſorium. Idem pectoralem addit maniſeſtiſſime eſſe diſtinctum, difficillimum hepaticum n***).

Contra eos pulſus video Cl. viros inſurgere. Nihil ſerii in iis reperiebat Ill. WERLHOFIVS, cuius auctoritas merito eſt maxima; nihil Ill. HAENIVS, vt etiam fidem in nonnullis nouorum pulſuum patronis deſideret. Ego quidem dicrotum reſpondere reperi, tum intermittentem aliquando, vt tamen ſaepiſſime omnia alia idem portendat.

---

## SECTIO III.

### MOTVS SANGVINIS PER ARTERIAS EFFECTVS.

Pag. 272. l. 15. *adde* Primo vtique ea omitti non poſſunt, quae vel a Cl. viris ſunt propoſita, vel ex facili ſpeculatione ſequi videntur, etſi non nituntur experimento.

ibid. l. 20. *lege* illidere

ibid. l. vlt. *poſt* ſit *adde* neque aut globulorum lineae in parietes aliqua cum vi illidere videntur, neque ſe circa plicas conuoluere; et eadem mecum Cl. SPALANZANVS vidit. In calidis animalibus, et in arteriis maioribus haec illiſio non eſt absque omni violentia, cum in cet.

p. 273. vrgentur *lege* vrgeri

ibid. l. 14. *poſt* diſcedant *adde* Minor eſt firmitas concreti glutinis, maior terrei elementi; quare fibra his duobus elementis compoſita q*) minus ſuae diſſolutioni

n**) *Journal de Medecine*, T. XXVI.
n***) Ib. T. XXXVII.
q*) L. I. S. I.

lutioni reſiſtit: cum molliores particulae minus, quam durae, fluentum ſanguinis continuent.

pag. 273. l. penult. *poſt* nititur *adde* Ita certe ex theoria probabiliter docetur, et ſolidas quidem animalis partes deſtrui per experimenta docebitur *x**).

p. 274. *lege* abeat

p. 277. l. 1. etſi plerumque - - - inſuperata *lege* etſi plerumque alias ob cauſas arteria parum dilatatur.

p. 279. l. 4. *poſt* partem *adde* adque manum

ibid. l. 5. brachialem *lege* radialem

p. 280. l. 11. *adde* Hypotheſin omitto nuper natam, quae pulſum contrario anaſtomoſium torrenti tribuit. In flexu enim arteriarum, non adeo in anaſtomoſi, pulſus euidentior eſt.

ibid. l. vlt. *adde* In canalibus ſe decuſſantibus tamen liquores paulum miſceri MVSSCHENBROECKIVS auctor eſt.

p. 281. l. 7. *lege* virorum

ibid. l. antepen. *adde* Haec ex theoria, cum nullo experimento fulciantur.

p. 282. l. 3. *lege* celeritas progreſſiui motus

ibid. l. 16. *adde* in vaſis nempe minimis

p. 283. l. vlt. *poſt* fuiſſe *adde* etiam quando eae aues in hibernaculis ſtupent

p. 284. l. vlt. *adde* Certum eſt, febres intermittentes, potiſſimum tertianas, ſanguinem diſſoluere, qui in me ipſo meminerim, poſt tertianam vernam anno 1729 plurimum mihi de naribus ſanguinem ſtillaſſe, et eum ſanguinem pulli ſanguine non fuiſſe denſiorem. Poſt tertianam febrem haemorrhagia narium *g**). Electricitas, quae ſanguinis motum incitat, eadem ſanguinis fluiditatem auget *g***), et conſeruat.

p. 285. l. 2. *lege* diminui

ibid. l. 4. *poſt* habeat *adde* quam ſumma eſt ſuperficierum in ſingulis.

ibid. l. 14. *lege* perſpicimus

ibid. l. antepenult. *lege* aut in frigidis animalibus, aut in calidis admittunt, cet.

ibid. l. vlt. *poſt* ducunt *adde* et omnino globos ligneos imitentur, qui longo ordine in aqua natant;

pag.

*x**) L. XXX.

p. 276. *ad verbum* rumpuntur *in textu lin.* 15. *adde* not. *o**) Conf. Lib. II. Sect. I. §. 14.

p. 283. not. *x*) *lin.* 2. *adde* In aneuryſmate membrana ſubdura nata *Eſſ. phyſ. and litter.* p. 222. 223. — lin. vlt. *adde* RIVA *Eph. N. C. Dec.* I. *ann.* I. *obſ.* 18.

p. 284. not. *b**) *adde* et in veſpertilione ſaepe a BOERHAAVIO citato, LEEVWENHOEKIVS.

g*) *E. N. C. Dec.* II. *ann.* X. *obſ.* 147.

g**) GERHARD *Memoires de l'Acad. de Berlin*, 1772.

p. 285. not. *m**) *ſpectat ad verbum* actu *in textu lin.* 16.

pag. 286. l. 16. *lege* 58.

ibid. l. pen. *poſt* percipiatur *adde* Cum eo pulſu calor ipſe redit. Vinculo arteriae iniecto, artus friget, idemque legitimum calorem remoto vinculo recuperat, MORGAGNI experimento. Ita pariter in aneuryſmate, arteria intercepta, ſubiecta manus friget, at reſtituto ſanguinis commeatu per arterias communicantes, calor redit.

p. 287. l. 2. *poſt* nullo *adde* Nihil vulgatius, quam feminarum hyſtericarum frigus, quas pulſus cum deſeruerit, ipſe vna calor reſtinguitur. Cum aſphyxia frigus z***) coniungi vulgo notum eſt, et ipſi Cl. aduerſario HAENIO non ignotum.

ibid. l. 4. *poſt* initium *adde* calidae

ibid. l. 11. *poſt* pondere *adde* in moriente

ibid. l. 15. *poſt* continent *adde* Feruorem in corde ſtatuit ARISTOTELES tantum, vt ſanguis de corde ebulliendo prodeat.

p. 290. l. 3. *poſt* experiuntur *adde* humoresque animales in confinio putredinis perpetuo poni, plerique nuper Angli vrſerunt *r**).

ibid. l. 11. *poſt* foeno *adde* ex ipſis demum congeſtis pannis, pilisque animalium apud THEVENOTIVM, inque linteis chartae conficiendae deſtinatis

ibid. l. 13. *poſt* reliquerunt *adde* Puluis etiam coriariorum ſponte calorem concipit, qui 45 gr. Reaumurianum aequat, omni humano calore maiorem

ibid. l. 18. *adde* Nuperi Angli paſſim calorem a progreſſu ſanguinis ad putredinem deriuant, vti modo retuli.

p. 291. l. 12. *dele* ſi

ibid. l. 20. *poſt* naſcuntur *adde* aut certo ita euoluuntur, vt pro ſua vrinoſa natura nunc efficaces eſſe poſſint.

p. 292. l. 14. *lege* His frigidis animalibus potius, quam cet.

ibid. l. 23. vt aquae *lege* vtique

p. 293. l. 1. *lege* in viui animalis ſanguine

P. 294. l. 5. *poſt* incaleſcunt *adde* cremoris exemplo, qui in butyrum agitando coit, non coiturus ob calorem, niſi eum aeſtiuis temporibus ipſa alioquin aqua niuata paſtores coërcerent *l**). Alii ponderoſi liquores cet.

pag.

p. 286. not. *s*) *lege* Poſito calore ſummo 112 gr. comparato acris = 54 cum calore medio.

z***) ZIMMERMANN *von der Erfahrung*, p. 370.

p. 290. not. *r*) *adde Eſſ. of a Society at Edimburgh*, L. V. n. 77.

*r**) *Ioſ. Ant. de* PLENCIZ *de calore animali, Vindobon.* 1773. 8.

p. 291. not. *n*) *lege* Vti vitrioli oleum.

*l**) YOVNG *de lacte.*

pag. 294. l. pen. *poſt* producunt *adde* confertae equidem, rari enim crabrones et veſpae in hibernaculis nullum calorem generant.

Sic piſces, vt continuo dicemus, prae frigore glaciali rigentes, qui multos adeo gradus caloris amiſerunt, et eos gradus omnes, qui ſunt infra o Fahrenh. reuiuiſcunt tamen, et calorem regenerant q*), qui ipſis a natura datus eſt q**).

p. 295. l. 6. *poſt* pergunt *adde* Primum plurimorum animalium oua, et plantarum ſemina glaciale frigus incorrupta tolerant q***). Etſi obiicias, nullum in his ouis, et ſeminibus vitalis humoris motum eſſe, addam, multa omnino noſtratia inſecta frigus glaciale tolerare q†), etiam aquae q††). Demum in vniuerſum frigida animalia in frigore vitalia ſuperſunt, et piſces adeo rigidi, vt rigeant, et frangantur flexi, tamen reuiuiſcunt q†††).

ibid. l. 9. ſed ad 113 - - - deſcendit *lege* ſed Kirengae ad 124, Torneae ad 113 *t*), leniſeae ad 130 *u*) gradus ſub Fahr. congelabili frigore deſcendit, demumque teſte idoneo *P. S.* PALLAS frigus hydrargyrum in oppido Sarapul coagulauit, cum hydrargyrus ad 213. 226 et 235 gradus *Guilielmi* DELISLE deſcendiſſet *u**). In eo frigore hydrargyrus conſiſtit, et flecti poteſt. Et tamen in eo ipſo frigore integrae ciuitates vitales ſuperſunt, et animalia vita fruuntur, inque maiori denique;

ibid. l. 19. *lege* nempe animalia 184 eiusmodi gradus caloris in ſuo ſanguine ſolo motu generant *z*).

ibid. l. 20. *poſt* qualibus *adde* 212

ibid. l. 23. *poſt* ſuſtentarunt *adde* nonoque menſe vegeti in patriam reuerſi ſunt; quae eadem felicitas Anglis nautis contigit *a**). Ipſi demum bis ſeptem Belgae, qui deſides, neque ſuſtinentes per brumalem aërem venari, ſcorbuto extincti ſunt, pluſculos prius menſes vixerant, paſſimque per niues et perpetuam noctem prandium quaeſiuerant. Sex integris annis nuperi nautae Ruſſici duce HIMKOFIO in inſula Spizbergae vicina vixerunt, et in patriam redierunt.

pag.

q*) SVLZER *Inſekt.* p. 139.
q**) L. V.
q***) SPALANZAN. in nuperis *opuſc.* Aphidum oua in glacie vitalia ſuperſunt, *Verhandel. der Maatſchapp. te Haarlem,* T. VIII. p. 72.
q†) Ibid p. 23.
q††) p. 29.
q†††) SVLZER *Inſekt.* p. 139.
*u**) *Reiſen durch Rußland,* III. p. 418.
pag. 295. not. *a*) *poſt* hiemarunt *adde* et in collectione BORROVGH.
*a**) In CHVRHILL. collect.

pag. 297. l. 1. *poſt* tritu *adde* ferro
ibid. l. 11. *dele* et animalia ferocia carniuora *m*).
ibid. l. 13. *lege* impulſi
ibid. l. 15. *dele* forte
p. 298. tres *lege* tribus
ibid. l. 9. *poſt* dictum eſt *adde* Aſphyxia frigus, illa ſublata calor rediit *x**)
p. 299. l. 3. *adde* frigent erinacei.
ibid. l. 6. *poſt* plurimus *adde* teſte F. MARTENS
ibid. l. 15. *poſt* portionem *adde* ad totum corpus
p. 300. l. antepen. *adde* et cutis
p. 301. l. 12. *poſt* coaleſcere *adde* aut liquores homogeneos *d**).
ibid. l. 15. *lege* Violentius
p. 302. l. 1. *lege* 900.
ibid. l. 4. *lege* vaſa
ibid. l. 6. *dele* non omnibus animalibus - - - - febrem facit.
ibid. l. 13. quindecim *lege* ſeptem
ibid. l. 14. miſſionarios Danicos *lege* OVINGTONIVM
ibid. l. ead. ſexaginta - - abſolueret *lege* ſupra viginti gradus ſecundo vento relegeret.
p. 303. l. 8. *poſt* gradus *adde* (aut certe 112)
ibid. l. 9. *poſt* differunt *adde* Exempla producunt caloris aucti, cum pulſus minueretur *u***). In *Franciſci* HOME tabulis non eodem ordine calorem augeri, et pulſuum numerum.
p. 304. l. 3. *adde* Neque cum pulſu calorem humanum perpetuo aut augeri, aut minui. In experimentis ea videas, quae recenſuimus, inque aliis Cl. HOME et HAENII. Demum in aliis nuperis celebribus experimentis Cl. BANKSII, FORDYCE, et *Antonii* MARTIN in calore enormi atmoſphaerico factis ad 136, 139, et 145 pulſus aſcendiſſe, graduum calorum numerum non ſuperaſſe *a**). Cum in balneo calor eſſet 48 ad 102 pulſus manſiſſe 68 ad 100 *a***). In Cl. CAVERHILL experimentis cum in cuniculo perforaſſet medullam ſpinalem, et calor, qui naturali in ſtatu foret 103, deſcendiſ-

 ſet

*x**) E. N. C. *Dec.* III. *ann.* IV. *obſ.* 73.
pag. 301. not. *a*) *poſt* 234. *adde* ignem ſibi confricto ligno procurare.
ibid. not. *c*) *adde* Globulos Cl. LEDERMÜLLER depictos dedit *Mikroſkopiſche Ergötz.* II. pag. 62.
*d**) BIKKER *de calore.*
*u***) LIEVTAVD p. 218.
*a**) *Phil. Tranſact.* LXV. P. I.
*a***) HAYGARTH apud FALCONER *bathwaters* II. p. 182.

ſet ad $83\frac{1}{2}$, pulſus tamen fuerunt 140. In calore 79 cum pulſibus 118, et 78 cum pulſibus 122 *a****). In *Antonii* MARTINI ROLANDI fil. experimentis calorem fuiſſe a 37 ad 44 cum pulſu in variis corporis partibus a 118 ad 57 numerato, et paulo poſt tertio variolarum die calorem a 34 ad 28 multo minorem cum pulſibus 109 ad 91, quaé ratio minor eſt; et paulo poſt cum pulſibus 132, nempe minorem calorem cum maiori pulſuum numero *a*†). In ſaeuo illo aeſtu, quem ad 220, 224, 260 gradus Fahr. Academici Angli tulerunt, pulſus non fuerunt ſupra 136. 144, qui numerus magnus quidem eſt, non tamen cum eo comparabilis, quem aër creat, quem reſpirabant *a*††).

pag. 304. l. 5. *poſt* maiori *adde* In peſte cum pulſu vix celeriori aeſtum inſenſiſſimum fuiſſe RVSSEL.

ibid. l. 14. *adde* In cadauere denique potiſſimum poſt morbos malignos, febremque flauam, calorem vitali ſimilem, aut paulo minorem diutiuſcule ſuperfuiſſe, cuius adeo cauſa non poſſit in ſanguinis motu quaeri.

ibid. l. 20. *poſt* pure *adde* Demum non raro a morte calorem ſupereſſe non in ſolis apoplecticis *e*†), ſed poſt febres malignas, aliasque ignotas cauſas.

ibid. l. 21. *adde* Non a circuitu calorem eſſe, cum animalia frigori reſiſtant, quibus nullus circulus ſit; effectum eſſe boni ſtatus ſanguinis I. HVNTER *e*††), non circuitus nempe dicitur calorem facere, ſed motum humoris vitalis.

p. 305. l. 16. *adde* Ad ſuſurrum, ſeu inconſpicuam oſcillationem fibrarum calorem animalem Cl. ROGER retulit.

Nuper Cl. CAVERHILL calorem ad neruorum actionem reduxit, eo potiſſimum experimento, quod laeſa medulla ſpinali calor inſigniter depreſſus fuerit. In eius viri quidem experimentis vtique laeſa medulla ſpinali et pulſus reddebatur debilior, et calor minuebatur. In cuniculo, cuius calor erat 103 grad. a ſtylo in medullam ſpinalem detruſo vtique calor a 103 ad 93, a 100 ad $87\frac{1}{2}$, et 89, a 99 ad 70, a 86 ad 75, 71 deſcendit.

p. 306. l. 9. *adde* Cl. CAVERHILL vnice videtur demonſtraſſe, vires vitales, laeſa medulla ſpinali, debilitari, cumque his viribus calorem. Nam etſi, quae citaui, videntur diſſenſum inter pulſuum numerum et calorem animalis oſtendere, non tamen oſtendunt. Nam pulſus 140. 122. et 118, qui nobis multi videntur, et cum paruo calore coniungi, vere non ſunt multi; noſter enim

*a****) *On heat.*
*a*†) *Sw. Acad. Handl.* 1773. Trim. 3.
*a*††) *Philoſophic. Tranſact.* LXV. P. II. BLAGDEN.
*e*†) PORTAL apud ROZIER, 1774, Mois Octobre.
*e*††) *Phil. Tranſ.* LXV. P. II.

enim pulſus huic animali tribuit 183. 166. 162 et 160, vt omnino pulſus 140 et 122 multo naturali numero pulſuum cedant; debilem et rarum cum frigore pulſum factum ipſe auctor eſt, et demum exiguo gradu paralyticos artus fieri frigidiores.

pag. 306. l. 19. *lege* Calorem animalem non ſupra 112 gradum a motu cet.

ibid. l. 26. *poſt* intolerabilis *adde* Calor febrium putridarum digitum quaſi pungit *p***).

ibid. l. penult. *poſt* afficere *adde* Neque recuſo ſudorem fieri, quando cauſa motrix ſanguinis remiſit. Cl. ALEXANDER per ſudorem pulſus vere minui vidit, et a 104 ad 80 redire.

Sic fieri poteſt, vt cum ſumma debilitate aucta pulſus velocitas coniungatur *p****), neque id phaenomenon rarum eſt. Eo in ſtatu rerum ſanguis trepidat potius, quam acceleratur, et ſub mortis atria demum ad exiguam a corde diſtantiam per principes arterias promouetur, vt frigus in artibus coniungi aequum ſit, ad quos calida ſanguinis vnda nulla nunc pertingat.

p. 307. l. 1. *poſt* adipe *adde* diuitem

ibid. l. 4. *poſt* video *adde* inque *Franciſci* HOME numeris cum frigore febrili calorem 104 et 101 fuiſſe lego.

ibid. l. 7. *poſt* exteriores *adde* exiguos

ibid. l. 13. *adde* Etſi nonnunquam calor in febre auctus fuerit non aucto pulſu, in vniuerſum tamen, et in ſolita lege naturae pari proportione et calor intenditur et pulſus. In meis quidem experimentis intermiſſio febris, finis adeo caloris, erat, cum pulſus redirent ad 94. Febrem percipiebam et calorem, cum pulſus 100 attigiſſent et ſuperaſſent, moleſtum calorem, vt is numerus augeretur, intolerabilem, quando 130 ſuperabat.

p. 309. l. 4. *poſt* initia *adde* ſe efferre.

p. 310. l. 1. *poſt* expoſuimus *adde* probabilem nempe hypotheſin ſecuti, non vt demonſtrata eſſe aſſeueremus, quae docuimus.

ibid. l. 10. *lege* 27.

ibid. l. 21. *poſt* abit *adde* Putredo ruborem deſtruit eo potentius, quo longius ipſa progreſſa eſt.

p. 312. l. 11. *poſt* rubor *adde* ſatis certo

ibid. l. 14. *adde* et plantarum coccinei liquores.



*p***) FASANO *febr. epid.* p. 201.

*p****) Libr. V. Et de oculo inflammato in diſtans aeſtus emicauit VIRIDET *vapeurs*, pag. 87.

pag. 312. *ad verbum* fuerit *in textu lin.* 12. *adde* not. *p**) pag. 310.

pag. 312. l. antepen. *poſt* inclinat *adde* eademque paulo poſt inuerſa placenta aëri oppoſita, ruborem recuperat.

p. 313. l. 1. Multis modis vtraque hypotheſis euertitur *lege* Porro addunt, ſanguinem, qui de vena emiſſus eſt, ipſo traiectu longiori per aërem floridum colorem concipere. Cruoris aëri obuerſi tot laminas rubore florere viuido, quot deinceps aëri obuerſae fuerint. In ſpatio inani ſanguinem atrum reddi. Oleo oliuarum ſuperfuſo, aëre adeo auerſo, ſanguini ſuperficiem nigram nunc eſſe, quae florido colore fuiſſet, ſi aëris effectum ſentire ei permiſiſſes. Haec Cl. CIGNA z*).

Addere poſſet, purpuram marinam viridem apparere, inde in caeruleum, demum in purpureum tranſire z**), aëre reddito z***).

Nuper vir clar. *Ioſephus* PRIESTLEY nouis experimentis pene perſuaſit, omnino tamen ſanguinem ab aëre ſuum ruborem habere, ex quo nitroſi aliquid ſanguinem ſubeat, vti viciſſim phlogiſti pars ex pulmone in aërem exhalat z†). Nam vtique ſanguinis in vena pulmonali laetiorem, quam in arteria, ruborem eſſe z††). Eo meliorem autem ruborem ab aëre cum ſanguine communicari, quo purior eſt admiſto elemento phlogiſto z†††). A phlogiſti abundantia nigrum fieri, ab aëre laete rubere *a**); veſicam interpoſitam non impedire, quin aër vulgaris ſanguinem rubore tingat *a***). Qui in ſpatio inani niger factus eſt ſanguis, is in libero aëre ruborem recuperat *a****).

ibid. l. 12. calorem *lege* colorem

ibid. l. 18. *adde* Nuper Cl. ROVME nigrum, qui dicitur, aethiopum ſanguinem ſolam ob craſſitiem laminae ſanguineae nigrum eſſe *f**).

p. 314. l. 9. *adde* In pulli incubati vaſis ſanguis, cui nihil ab aëre hactenus beneficii acceſſit, iisque minoribus rubor eſt floridus, in maioribus potius ſubviolaceus.

ibid. l. 14. *poſt* inani *adde* per alia experimenta,

pag.

z*) CIGNA *Miſcell. Taur.* T. I.
z**) BOYLE *color.* p. 295.
z***) REAVMVR *Mem. de l'Acad.*
z†) *Phil. Tranſ.* LXVI. P. I. p. 237. et in T. III. *ſur differentes ſortes d'air.*
z††) Ibid. p. 238.
z†††) Ibid. p. 234.
*a**) Ibid. p. 241.
*a***) Ibid. p. 244.
*a****) Ibid. p. 245.
*f**) Apud ROZIER *Journal de Phyſique* 1773. Iuillet.
pag. 313. not. *g*) *adde* RÖDERER *de morb. mucoſo*, p. 162.

pag. 314. l. 16. *poſt* recuperat *adde* Haec confirmaui facili experimento, ex quo conſtat, tenues laminas ſanguinis, et marginem non craſſi grumi, etiam conſentiente D. PRIESTLEY, laetius rubere, quam craſſam placentam *q**).

ibid. l. 18. *adde* Verum omnino mihi videtur ſimplici experimento oſtendi, non vere coccineum colorem ſanguini ab aëre impertiri. Id verum eſt, ſanguinem, qui de naribus ſtillat, vti guttula ſe diſpergit, ita laete rubere. Verum indulge huic eidem guttulae aëris contactum, videbis continuo, hunc coloris florem diminui, et in obſcurum, ingratumque fuſcum colorem ſanguinis mortui tranſire. Ex eo argumento certo credas, ruborem illum floridum potius ab ignoto aliquo elemento eſſe, quod de aëre decedens in ſanguinem, hunc ſubito quidem floridum reddat, ſed idem ſanguinis naturam ita non mutet, vt continuo difflatum, deterius tinctum relinquat; vel in globulis ab aëris contactu mutationem aliquam produci, quae continuo iterum euaneſcat, vt omnino, quoties de perpetuo et vero ſanguinis rubore, eiusque cauſa ſermo ſit, non poſſit idem ab aëre repeti, cuius effectus adeo fugax ſit.

Contra iſta poteſt denuo vrgeri experimentum Ill. CIGNA, qui de lamellis ſanguinis taleolas reſecuit, ita vidit eam, quae ſequebatur, aëri oblatam floridiori fieri colore; oleum demum, quod aërem arcet, ſanguinis colorem reddere obſcuriorem, non mutato laminarum numero *r*). Ita videtur confici, non ruborem quidem, ſed floridum ruborem et cinnabarinum aëris contactui deberi, eundem contactum autem vim minime perpetuam exercere, laminamque, quae coccinea fuit, poſt moram aliquam obſcuritati reddi. Putes exhalans phlogiſton hunc eximium fulgorem parare. Certe vt ſub oleo, exhalationem impediente, nullus naſcitur in Cl. CIGNA experimento, ita nullus ſub aëre inflammabili, qui porro nullum de ſanguine phlogiſton admittit *r***).

p. 315. l. 4. ſerum *lege* ſuum

p. 317. l. 4. *adde* Hanc coniecturam nuper clar. viris placuiſſe vidi, etiam qui ex profeſſo de rubore ſanguinis ſcripſerunt, Cl. STORMIO *x**), *du* RADE, et Illuſtriſſimo Comiti *de* MOVROVX *x***). Addit idem vir Ill. etiam calcem ſanguinis rubram eſſe, et vitris dare ruborem.

Neque

*q**) *Phil. Tranſ.* LXV. P. I. *obſ.* 246.
*r**) *Miſcellan. Taurin.* p. 68. 72.
*r***) MOSCATI *nuoue eſperienze.*
*x**) *De rubore ſanguinis.*
*x***) *Miſcell. Taurin.*

In auibus minus alte volantibus aër in pauca oſſa longa ſubit, vt in gallina ſolum in humerum, et demum in auibus vix ſe eleuantibus pauca oſſa caua aërem recipiunt.

In vniuerſum tamen haec aëris in vniuerſas corporis caueas abundantia aves leuiores reddit, eo leuiores, quo calor earum inſignior ſit, vtique adeo aër in earum corpore rarefit. Negauit vir clar. verum ſi velit negare, hunc fuiſſe naturae praeſtitutum finem, rem tamen ipſam non negauerit, leuitatemque, quae non poteſt ab animali abeſſe, cuius areae magna pars aëre fiat, qui millies, et vltra partibus ſolidis leuior ſit.

pag. 129. l. 2. *poſt* Dudum *adde* aërem ex pulmonibus in pectus exire negauit GALENVS *c**);

ibid. l. 10. *adde* et Cl. MASON

ibid. l. 18. *adde* et *Antonius* PORTAL in ſuis experimentis, vt neque inſpiranti animali, neque exſpiranti pulmo pleuram deſerat.

p. 130. l. 16. *lege* recolere

ibid. l. 20. *lege* pleuram

p. 131. l. 16. *poſt* aperueris *adde* In viuo homine exemplum eſt pulmonis de pleura fugientis continuo, cum pleura perfoſſa fuiſſet apud GOOCH.

p. 132. l. 5. *adde* Nuper etiam in Anglia clari chirurgi experti monuerunt, per vulnus receptum aërem inter pulmonem atque pleuram retentum pulmonem comprimere, reſpirationem reddere difficillimam, vt laeſo homini paracenteſi ſubuenire neceſſe ſit, qua infeſtus aër emittatur, de cuius inuenti gloria etiam lites exarſerunt. Is ergo pectoris ſtatus, quem aduerſarii noſtri pro naturali habent, manifeſto naturae aduerſus eſt, vt etiam periculoſum auxilium requirat.

In cadauere a Cl. GREDING inciſo, cum aër vitio natus in pulmone eſſet, diaphragma de ſua ſede verſus hepar detruſum fuerat *z**).

pag.

*c**) *Admir.* VIII. 5.

pag. 129 *ad* ALBINI *nomen in textu lin.* 9. *adde* not. *k**). Etiam in *nat. hom.* p. 41.

*z**) Apud LVDWIG *Aduerſ.* III. p. 4.

pag. 134. l. 3. *poſt* FLOYERI *adde* et Cl. CIGNAE in pulmone cuniculi infecto aëre occiſi.

p. 135. l. 10. *poſt* imitati ſunt *adde* et vir iuſti apprime iudicii *Radulphus* BATHVRST.

ibid. l. 18. *adde* Deinde in morbo aërem inter carnem pulmonis et eius velamen effuſum veſicas excitaſſe vidi, neque exitum inueniſſe.

p. 137. l. 5. expedit *lege* exſerit,

p. 139. l. 16. *adde* In animalibus quadrupedibus calidis pulmo mobilis eſt, qui thoracis caueam replet. In auibus pulmo fixus, pectoris cauea minor. In quadrupedibus frigidis pulmo, et pectus, et abdomen, male diſtinctas caueas, replet, et in chamaeleonte fere vniuerſum corpus. In piſcibus frigidis plerisque pulmo nullus eſt, eiusque locum branchia tenent. Sunt tamen aliqui piſces pulmone veſiculoſo, qualis ſerpentis, vt lampetra, aliique chondropterygii *l**). In ſerpentibus pulmo partim veſiculoſus eſt, partim carnoſus. In vermibus et inſectis plerisque pro pulmonibus aſperae arteriae ſunt, ſolitariae, nullo coniunctae parenchymate.

Homini et quadrupedi *pulmones* peculiariter dextrum et cet.

p. 141. l. 5. *adde* Raris in exemplis plures, etiam ſeptem lobi fuerunt.

ibid. l. 8. *poſt* fere *adde* ſexfidum, nonnunquam

ibid. l. antepen. *poſt* muſtela *adde* taxo.

ibid. l. ead. *poſt* catopardus *adde* animalia americana agouti et talpa.

ibid. l. penult. *poſt* herbiuora *adde* ſex lobos caſtor habet, et ſimia, aper tayaſſu, capra dorcas, ſciurus, rattus aquaticus.

p. 142. l. 1. *dele* ſex dorcas - - et ſciurus.

ibid. l. 3. *poſt* phoca *adde* veſpertilio, *et poſt* manis *adde* tres buffalus.

ibid. l. 5. *dele* Simia ſeptem - - - et viuerra.

ibid. l. 10. Piſces frigidi ſanguinis - - - tubuli bronchorum ſimiles, *lege* In piſcibus frigidis branchiae ſunt, plerumque ſine pulmone, aliquando cum pulmone. Machinae ſunt in capitis cum collo confiniis cartilagineae, cartilagine inciſa et ſubdiuiſa in ramos ſulcatos, quorum ſulcorum quisque arteriam per totam longitudinem decurrentem habet, quae in venam reflectitur parallelam arteriae. Eae branchiae, dum animal viuit, perpetuo motu agitantur.

Vermes, qui in bufones, ranasque conualeſcunt, et qui in inſecta aquatica, ephemerarum exemplo, tum aſtaci, branchias habent hactenus branchiis piſcium analogas.

Inſectis merae ſunt aſperae arteriae magno factae artificio, a ſtigmatibus

 natae,

*l**) In chondropterygiis VICQ *d'*AZYR *Mémoir. préſent.* VII. p. 31.

natae, ramoſae, quae ad omnia viſcera animalis ſuis ramis tendunt. Eſt vbi filum mobile aſperae arteriae circumdatur.

pag. 144. l. 15. *adde* Alia diſcrimina PORTALIVS annotauit, quae vero potiſſimum ad fetus hiſtoriam pertinent.

In auibus nonnullis aquaticis, vt in grue, inque fero cygno aſpera arteria in propriam ſterni caueam recipitur, in qua ea contra ſe ipſam ter reflectitur, vt nuper Cl. *I. Targioni* TOZZETTI confirmauit.

p. 145. l. 4. amphibiis *lege* natantibus

ibid. l. 10. *poſt* leoni *adde* aliquam tamen partem cartilaginis expertem Cl. SERAO fecit,

ibid. l. ead. *poſt* gentis eſt *adde* caſtori huic de gente murina,

p. 148. l. 15. *poſt* legi poteſt *adde* et potiſſimum nuperi Britanni, quae ſedes videatur eſſe morbi grauis *Croup*, ſeu ſuffocationis ſtridulae. Niſi forte, quam eo loco membranam dixerunt, potius mucus fuit membranae ſpeciem imitatus, qualem ſaepe polypi aſperae arteriae nomine clinici auctores deſcripſerunt, qui figuram eius arteriae exprimeret, et ſcreatu redditus ſit *e*).

ibid. l. ead. *dele* Plicae feceruut - - - WILLISIVS tribuerit.

p. 149. l. 8. *lege* filorum

p. 152. l. 6. *poſt* viſa *adde* quae per eadem vaſcula etiam repleantur.

p. 154. l. 11. *poſt* coſtam *adde* Hanc obſcuriuſcule ERASISTRATVS dixit a GALENO citatus.

ibid. l. vlt. *poſt* prodit *adde* iterum ab ERASISTRATO dicta,

p. 155. l. 20. *poſt* miſcentur *adde* quas manifeſtas vidi.

p. 156. l. vlt. *lege* Dextra, quae venae ſine pari propago eſt, et ERASISTRATO dicta, per quam pus reiiceretur; eadem a *I. Iacobo* RAVIO cet.

p. 157. l. 1. *lege* azyga

ibid. l. 8. *adde* quamque ex azyga natam vidit SCHREIBERVS *g**)?

p. 158. l. 19. *poſt* 8910 *adde* maiorem etiam in iuuene *P. Conradus* FABRICIVS vidit, cum quo viro multum et res publica amiſit, et ego.

pag.

pag. 147. not. *o*) *adde* Negat Cl. SABBATIER, II. p. 183. Difficulter tamen tot magnos viros in re facili erraſſe putes, et negantis innumera requiruntur experimenta.

ibid. not. *s*) *adde* In animali et decuſſatis et oppoſitis )( ſimiles *Amſtelodamenſes* viderunt *coll. priu. obſ. anat.*

ibid. not. *u*) *adde Amſtelodamenſes.*

pag. 155. *ad verbum* oſſeis *in textu lin.* 13. *adde* not. g*) Oſſa in pulmone COLVMBVS p. 265.

ibid. not. *h*) *adde* Calculi tuſſi reiecti RVYSCH *Theſ.* I. 38.

*x**) *Loc. aff.* V.

g*) *Epiſt. ad me data* 5.

pag. 159. l. 4. *adde* Cum ductus arterioſus ſubclauiam arteriam ſiniſtram adiret' arteria pulmonalis magna ratione, quam aorta, maior fuit apud Cl. KLINKOSCH. Multo, quam aorta, tenuior eſt et mollior, tamen et induratur, et concrementis lapideis obducitur *k**), aut oſſeſcit *k***).

ibid. l. 7. *lege* quam

ibid. l. pen. *lege* quam 1361 ad 1600, et 1341 ad 1849 *t*).

p. 161. l. 1. *poſt* quae *adde* ex medio fere trunco, magis tamen ad dextra procedit *f**),

ibid. l. 16. *lege* conferuent

p. 162. l. 5. *adde* et alias dicuntur. In auibus duo ductus arterioſi ſunt, et ſinguli rami pulmonalis arteriae ſuum ramum ad aortam mittunt, ſuperiorem, inferiorem.

p. 163. l. pen. *lege* inoſculationes *et adde* et nuper Cl. REICHEL arterias per angulos veſicularum rete facere, atque in venas continuari vnius globuli.

p. 164. l. 15. *poſt* necat *adde* inque lue bubula,

p. 165. l. 1. *poſt* vidi *adde* hydropem ipſius pulmonis, graue malum, paucisque dictum clinicis.

ibid. l. 2. *poſt* exſcreat *adde* et peruuianum animal eius generis.

p. 166. l. 17. *adde* Quare non miror, ſi euentus clar. viris perfecte contrarii obtigerint, et etiam nuper ſcriptum ſit, pulmonem inflatum manere tumidum, neque adeo aërem in venas reſumi.

ibid. l. antep. *poſt* venas *adde* nonnunquam in duas *u**).

p. 167. l. 3. *adde* vel potius ſpatium inter ſuperiorem venam ſemilunare relinquunt et dextram poſteriorem, obliquius deſcendunt, et cum anteriori maiorem angulum faciunt.

ibid. l. 9. *adde* In vniuerſum dextris minores ſunt et breuiores *c**).

p. 169. l. 16. *adde* Nuper demum extitit Cl. PORTALIVS, qui venas arteriis et numeroſiores, et maiores eſſe ſcripſit, quae ad vnam arteriam duae ſint; addit ſe pulmonem repletum in aqua maceraſſe, tunc apparuiſſe venas arteriis maiores *f**). Experimentum non feci, truncos contentus metiri. Coniicias diſcrimen non eſſe maximum.

pag.

*k**) SACHI *lap.* p. 100.
*k***) In boue *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* III. *obſ.* 38.
*f**) ERDMANN *diſp. de arter. thyreoid.* T. II. f. 2.
pag. 164. not. *b*) *adde Amſtelod. coll. priu. obſ. anat.* p. 11.
*u**) POHL *obſ. angiol. de venis*, 1773.
*c**) PORTAL *Hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1771.
pag. 167. not. *l*) *adde* In eorum *obſ. anat.* P. II. in oue.
*f**) *Hiſtoire de l'Acad.* 1771.

pag. 169. l. 17. *adde* in phoca PORTALIVS. De his nihil mihi conſtat; in homine vero neque certe numeroſiores reperio, neque ampliores. In ſalamandra vena modo arteria maior, modo ei aequalis SPALLANZANVS.

p. 170. l. 3. *poſt* HVNAVLD *adde* et Cl. HEWSON anteriora, et poſteriora, eorumque in ductum thoracicum, inque angulum venae ſubclauiae et iugularis exitum,

ibid. l. antepen. *poſt* ſenſus ſit, *adde* isque ſatis accuratus, *et poſt* repugno *adde* et in bronchiis tuſſim irritando incitari, et in membrana pulpoſa cuti continua dolorem ſedere.

Liceat hic paucis de pleuritidis ſede mentem meam declarare, qui, cum nunquam de hac quaeſtione quicquam ſcripſerim, in has lites fui inuolutus. Plurima collegi ad fere ducentas cadauerum ſectiones. Eo redeunt: poſt dolores pleuriticos pulmonis inflammationem et abſceſſus ſaepe apparuiſſe, quod ipſe vidi; pleuram vero ſanam repertam. Inflammatam etiam fuiſſe absque pleuritidis ſignis, et in muſculis pleurae circumpoſitis pleuritidis veſtigium apparuiſſe. Neque defuiſſe tamen exempla, in quibus poſt pleuritidem pleurae pulmo adhaeſit, atque in ea membrana veſtigia fuerunt inflammationis.

Ex his certis experimentis comparatis apparet, veram ſedem mali in pulmone eſſe, pleuram nonnunquam in conſenſum trahi, absque tamen eius malo morbum locum habere poſſe. Nihil ergo ex pathologicis pro pleurae natura ſentiente concludi poſſe, niſi in pleuritico cadauere pleura ſola affecta reperiatur, dum pulmo et intercoſtales muſculi ſani ſunt.

p. 172. l. 12. *lege* qui ab aëre repleti cylindrici videntur cet.

ibid. l. 13. *lege* inſpecti

p. 173. l. 13. *lege* multangulares *et poſt* veſiculae *adde* quae in minores veſiculas diuiduntur, quoad oculis ſe ſubripiant.

ibid. l. 21. *adde* Quare etiam aër de lobo in lobum non tranſit, quo via non patuit, niſi per liberum interuallum.

ibid. l. 25. *poſt* cogit *adde* in tabidis non raras viſu,

ibid. l. antep. *poſt* turgere *adde* lentius vero haec omnia, quam de veſiculis in veſiculas.

p. 174. l. 14. *lege* lacerta

ibid. l. 15. *lege* cauae

pag.

pag. 170. *ad verbum* magni *in textu lin.* 9. *adde* not. *p**) Non bene G. DOVE, tamen magnos fecit CARRERE *inflamm.* p. 376. 377. 378.

pag. 173. not. *s*) *adde* Hoc ipſum malum eſſe, quod vocant *Brokenwinded horſes* FLOYER *pulſewatch*, p. 399.

pag. 174. l. antepen. in quibus *lege* per interualla celluloſa veſicularum

p. 175. l. 2. *poſt* faciunt *adde* Denique membranulae ipſae veſicularum in convexitate ſua rete vaſculoſum gerunt, quod de veſicula ad veſiculam communicat. Lacertae maiori cet.

p. 177. l. 14. *poſt* compoſuerat *adde* vt ex poſthumis apparet, nullasque veſiculas *Williſianas* admiſit, quae ex dilatato ramo bronchi fierent.

ibid. l. 23. *poſt* cellulas *adde* ex cellulis compoſitas,

p. 178. l. 12. *poſt* tranſire *adde* aut aërem quidem etiam in ramum bronchi impulſum regreſſu tamen totum pulmonem replere *m**). Nihil vero ſimile fieri, ſi vinculo reditum aëris per bronchum interceperis,

---

## SECTIO III.

### AËR.

Pag. 179. l. 5. *poſt* affero *adde* cum mea ſtudia per vaſtiſſimum rei naturalis ambitum non potuerim aequa vi diffundere.

p. 183. l. 1. *poſt* portione *adde* in ſudore, pulmonis halitu, parca in ſaliua et bile, magna in ſanguine.

ibid. l. 5. *poſt* abeſt *adde* et a terra aluminis, aliisue corporibus *b**)

p. 184. l. 8. non exuere *lege* quam exuere

ibid. l. 11. *adde* Aër, qui ex diſſolutis corporibus generatur, perinde in aqua contabeſcit et ſoluitur, multo tamen celerius is certe, qui ex alcali in acido ſoluto generatur

p. 185. l. 3. *poſt* agnouit *adde* et CAMERARIVS *z†*)

ibid. l. 5. *poſt* fixus *adde* qui corporibus ſolidis adhaeret

p. 186. l. 13. *adde* Sed is aër fixus potentiſſimi veneni effectum edit, ad reſpirationem ineptus *i*), etiam flammam ſupprimit *k*); mures continuo occidit

*m**) WILDRICK *de fabric. pulmon. Franequer.* 1767. p. 30.

pag. 181. not. *l*) *adde* Negat *d'*ARWEN *Phil. Tranſ.* Vol. LXIX. ſed in rebus ſenſibus conſpicuis MVSSCHENBROEKIO fidem adhibeo, neque alium euentum in vena poſſum expectare ab eo, quem in auricula cordis vir eximius in experiundo vidit.

pag. 182. not. *c*) *adde* SVE.

ibid. not. *f*) *adde* SVE *anthropolog.* p. 204.

*b**) GORGOLIVS *diſſ. de putredinis theoria* Cl. MAKBRIDII, Halae 1768. SMETH *de aëre fixo.*

*z†*) *De tenſione cordis*, natum ex aceto et creta.

*i*) MAYOW *nitr. aër.* p. 130.

*k*) HALES *haemaſtat.* p. 272. 285. *Hiſt. de l'Acad. des ſcienc.* 1710. p. 17. PORTIVS *diſſ. var.* p. 314. *Miſcell. Taurin.* p. 131. BOYLE *exp. phyſ. mech.* II. p. 101.

cidit *l*), et auiculas *m*); tum colubros *n*), limaces, qui vacuum ſpatium non reformidant *o*), ranas *p*), et apes *q*), muſcas *r*).

§. III*. *Aër varius.*

Quae prius ſparſa erant, ea nuper a Cl. viro *Ioſepho* PRIESTLEY collecta, nouisque experimentis aucta, eo redeunt, vt aëris fixi alia ſit, et alia natura, vt ex diuerſis corporibus per varios acores, variosue modos educitur. Ipſe vir clar. amat peculiaria cuique aëri nomina imponere *s*), alii malunt aërem quidem vnicum vulgo notum facere, ſed pro varietate admiſti vaporis alium, aliumque *t*).

1) Ergo aërem fixum peculiariter eum vocat, qui ex creta naſcitur cum acore aliquo feruente. Is aër vegetabilia, animalia occidit, etiam inſecta ſtupefacit, cum aëre vulgari non miſcetur, eumque deſtruit, acidaeque indolis eſt, vt etiam aquam grato acore imbuat *u*), aemulamque reddat acidularum, putredini aduerſam, etiam in morbis putridis per experimenta vtilem *x*).

2) Aër, in quo candela accenſa fuit, aut ſulphur. Ea flamma aërem conſumit, vt non ſupra quindecuplam partem ſuperſit *y*), vt pondus tamen non mutet. Vapores eius enecant, iis vero fundum petentibus liberatus aër iſte ſuperſtes a deſtructione non nocet.

Huius aëris noxiam vim vegetatio plantarum deſtruit. Effectus funeſtos candelae habet *P.* AMMAN *z*), et per experimenta Cl. LAGHI *a*) vapores incenſi ſulphuris *b*); phoſphorus *c*) aëris, in quo lucet, elaterem deſtruit. Terebinthinae inflammatae vapor *d*). Fumus exſtinctae candelae in aërem ſufflatus

*l*) BOYLE ibid. p. 105.
*m*) Id. ib. p. 108.
*n*) Ibid.
*o*) p. 109. 110.
*p*) MVSSCHENBROEK in *Cimentin.* p. 121.
*q*) BOYLE p. 100.
*r*) p. 100. 101. 102. vt tamen ſuſcitari poſſint.
*s*) *On different kinds of air.*
*t*) SMETH *de aëre fixo*, GORGOLIVS l. c.
*u*) PRIESTLEY *ſur l'imprégnation de l'eau.*
*x*) Et in Anglia facta a Cl. *Hugues* PERCIVAL et teſte *I. L.* TARGIONI in Italia.
*y*) PRIESTLEY, ſic fere HALES *vegetable ſtat. exp.* 103. 106. 117. 128. LANGRISH *phyſ. exp. vpon brutes* p. 145. Plus etiam deſtruit puluis pyrius HAWKSBEE *phyſ. med. exp.* 83. ad $\frac{19}{20}$.
*z*) Cubiculum funeſtum, in quo candela incenſa fuit *med. crit.* 159
*a*) *Comm. Acad. Bonon.* IV. p. 81. 90.
*b*) *De* HEYDE *obſ.* 56. HALES, p. 254. LANGRISH, p. 145. *van den* BOS.
*c*) BOYLE *noctiluca aër.* p. 49.
*d*) Non quidem enecauit, aegros tamen reddidit homines, MOSEDER *deliqu. anim.*

ſufflatus *e*). Ignis ſuper corium madidum ſtructus *f*). Vis noxia aëris per flammam corrupti multo peſtilentior eſt, quam aëris reſpirati *g*). Affinis eſt aër, qui per ferrum candens *h*), aut aes *i*) tranſit, aut per flammam ſpiritus vini *k*), aut demum carbones; idem enim vitro receptus, et per inſpirationem attractus necat. Huc etiam vaporem refero per ſpecula cauſtica de metallis extortum, qui aëris partem $\frac{1}{5}$ deſtruit, reliquam noxiam reddit.

Longe vero celebrior eſt aër, quem incenſi carbones corruperunt. Eo enim cum homines neceſſario vſi fuerint, et demum per multa experimenta, et conſpurcationem funeſtam didicerint, dudum paſſim incautis lethi cauſa fuit, etiam Imperatoris *Valentii*; neque ignorata vis venefica *Hugoni* BENZIO *m*).

Quare non mirum eſt, homines in eiusmodi aëre factitio, deque efferueſcente muſto *n*), aut cereuiſia *o*) exſpiranti extingui, quoties eo vapore cellae vinariae repletae ſunt *p*). Mors ſubita ex vapore nato in ciſterna, in qua ſordes a deſtillatione ſacchari reliquae ſeruabantur *q*). Ex vapore dolii aqua marina pleni periit homo, cum ſummae putredinis indiciis *r*).



*e*) *Delic. chirurg.* p. 72. 73. 74.
*f*) KRAFT *phyſic.* p. 322.
*g*) HALES l. c. p. 272.
*h*) DESAGVLIERS *courſ.* T. II. p. 558. *Miſcell. Taur.* II. p. 38.
*i*) DESAGVLIERS,
*k*) *Idem* ibid.
*l*) HAWKSBEE *Phil. Tranſ.* n. 328. DESAGVLIERS, p. 389. 552.
*m*) AMATVS *Cur.* 33. *Cent.* VII. *Marc.* DONATVS *hiſt. med.* p. 170. HILDANVS *de gangraen.* p. 786. FABER in HERNANDEZ p. 784. FONTAN. *Analect.* c. 22. C. BARTHOL. *Exerc. Med.* p. 38. *Satyr. Sileſ.* T. V. n. 1. *Delic. Med. Chir.* p. 487. *art de faire les rapports* p. 514. *Fränk. Anmerk.* T. I. n. 13. T. II. p. 145. MANITIVS *de Idioſyncraſ.* p. 25. BIKKER *nat. hum.* p. 55. Huc pertinet celebris hiſtoria ſtudioſorum Ienenſium, qui, cum theſauros venarentur, a fumo accenſarum prunarum interierunt apud TANNENBERG *de ſuffoc. a muſt.* p. 56. *Act. Med. Vratislau.* 1719. M. Dec. HOFMANN *Med. Conſ. Cent.* V. *Dec.* III. n. 108. Ex carbonum in bene clauſis mapalibus fumo pene perierunt Belgae in noua Zembla LINSCHOTEN *Itin.* T. II. p. 23. *Aſſemblée de Beziers* 1731. Dec. Inde lethargus ADOLPHI *de conclau. aegrot.*
*n*) STAHL *fundam. chem.* T. III. p. 91 RAMAZZINI *de morb. artif.* c. 20. ROTARI *Giorn. de' Letter.* 29. p. 434. DRELINCOVRT *de human. fet. membran.* n. 32. ZACVT. *medic. princ. obſ.* 1. L. 10. Animi inde deliquium NEBEL *de virib. electric. medic.* p. 38. NEVMANN *Oper. chem.* p. 1164. *Eph. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* 2. *obſ.* 45. *Journal de Medecine* 1756. CAMER *annul. pneum.* p. 34. 35. MVSSCHENBROEK *ad Cimentinos.*
*o*) NEVMANN *oper. chem.* ex edit. ZIMMERMANN. p. 755. 756. 1164. Idem eſſe, quod inebriat, et flammam atque animalia necare VERHEYEN L. II. p. 98.
*p*) STAHL ibid. NEVMANN ibid. VERHEYEN ibid.
*q*) G. HVGHES *Hiſt. of Barbados* p. 251. 252.
*r*) Sanguis per os, nares et aures fluxit, et cadauer continuo contabuit *du* HAMEL *art de préſerver* p. 41.

Nuper autem accuratius inquirendo compertum fuit, fumum carbonis ſanguinis per pulmones iter ſufflaminare, ita fieri, vt dexter ventriculus, et dextra auris, et vena caua, et demum venae cerebri et cerebrum ſanguine pleniſſima, ſiniſter vero ſinus, et ſiniſtra auris inanes ſint *s*), et demum ſanguis in celluloſam telam capitis effuſus, et inteſtina inflammata *t*). Ita in hominibus carbonum venenata vi enectis, et in animalibus experimento ſubiectis muſculi in vniuerſum mole aucti pertinent ad ſanguinem in celluloſam effuſum, et eo retulerim diuturnum horum cadauerum calorem et mollitiem *u*), ſic etiam ſymptomata ab eo fumo nata eo referas, capitis grauitatem, ſenſus iacturam, liuorem faciei, capitis tumorem, pulſus defectum et reſpirationis *x*). Ignem idem ſuffocat *y*), et inſecta, quae vacui ſpatii violentiae reſiſtunt *z*); aëris naturalis partem deſtruit.

*Eiusdem* grauior fuerit venenata indoles ſpiritus carbonum vitro recepti, qui naturam venenatam diutiſſime retinet *a*).

Neque longe differre poteſt aër, qui in fodinis carbonariis Anglicis, aliisue paſſim habitat flammam concepturus. Si quando ſimplices metallarii eum ore hauſerunt, vomitum mouet et aluum, et etiam ſubito ſuffocat. Hi etiam mortales diu a morte molles, calidique manent, neque rigeſcunt, vt cadauera ſolent *b*). Mirum poſſet videri, in iisdem etiam carbonariis fodinis vaporem non inflammabilem *c*) reperiri, perinde funeſtum. Idem ab igne diſſipatus poſt aliquam moram renaſcitur *d*).

Alios vapores ſubterraneos et mephitides omitto, vt nec in aëris ſpeciebus *Prieſtleyanis* continentur, et cum de metallis, minerisue non ſatis certo conſtet, a quibus vitium ducunt.

Scintilla electrica aërem diminuit et mutat, vt cum nitroſo ceſſet fumare.

3. *Aër inflammabilis;* huius aëris variae ſunt ſcaturigines; quem carbones generant, nunc dixi. Sed etiam ex aliis corporibus incenſis obtinetur, quaecunque ignem concipere apta ſunt. *Noſter* fere ex ferro *e*) obtinuit et zinco. Hoc

*s*) PORTAL *rapport.*
*t*) HARMANS apud *Per.* IV.
*u*) PORTAL.
*x*) HARMANS.
*y*) Conf. HALES *exp.* 109.
*z*) MVSSCHENBROEK in *Ciment.* p. 107.
*a*) CLAYTON *miſc. med.* III. p. 290. *Philoſophic. Tranſact.* n. 452.
*b*) IARS ibid. p. 256.
*c*) POWER *microſc.* p. 179.
*d*) *Le* MONIER ap. CASSINI *meſ. de la terre* p. 197.
*e*) HALES *exp.* 57.

Hoc aëris genus ingrati eſt odoris *f*), potiſſimum, qui ex animalibus educitur, eorumque partibus. Ex piſis, oſtreis cet. HALES habuit *g*).

Elaterem deſtruit; ex metallis per ſpeculum vſtorium obtinuit Cl. PRIESTLEY; ex paludoſis aquis aſcendit teſte FRANKLINO et Cl. VOLTA.

Aqua receptus odorem ſuum per ipſam aquam ſpargit, eamque cuticula iridis coloribus varia obducit; verum in ea ipſa aqua naturam inflammabilem deponit, et porro candelam exſtinguit.

Animalia occidit, etiam limaces, colubros, ranas, inſecta, perinde vt aër fixus, neque ab eorum morte vim inflammabilem amittit.

Sola concuſſione in aqua totus innocuus redditur, et ad reſpirationem aptus; a vegetatione vero minime corrigitur.

Porro aër, quem reſpiratio corrupit, aut putredo, quem ſuo loco dicemus.

4) Tum *aër nitroſus*, qui nempe per acorem nitroſum ex metallis, exque hydrargyro educitur, per eum acorem diſſolutus. Huius aëris mirificae ſunt dotes. Cum aëre communi atmoſphaerico miſtus feruet, eum turbat, aurantio colore vitiat, tertia parte minuit, ipſe quartam amittit. Idem amittit ſenſim facilitatem, qua in aqua ſoluitur. Cum aëre inflammabili miſtus viridem flammam efficit. Plantas et inſecta omnia ſubito enecat, etiam vulgari aëre miſtus. Aquam purgante *) acri imbuit. Putredini vehementer reſiſtit, natamque corrigit multo, quam aër fixus, potentius, vt in eo aëre Cl. PRIESTLEY ſperet animalcula et fructus aeque ac in ſpiritu aliquo inflammabili duraturos. Confirmat eam ſpem Cl. ACHARD *h*), cum hoc aëre putredinem et a lotio, et a carne auerterit.

Per concuſſionem in aqua emendatur, et nunc tuto per reſpirationem adducitur. Flammam auget et adiuuat.

Hoc aëre occiſi aues ſanguinem habuerunt coactum *i*); ab eo, ſed ex muſto nato, aſphyxia.

5) *Aër ſalinus*, qui fit ex metallo per acorem ſalinum ſoluto. Hic aër in aqua ſoluitur, eam reddit acidiſſimam; ponderoſior idem eſt, quam aër vulgaris, et flammam extiuguit; cum liquoribus inflammabilibus aërem inflammabilem generat.

C 3 6) *Aër*

*f*) *Hamburg. Magaz.* T. VII. p. 557. vaporem ſubdulcem vocant. Add. *Mémoir. de l'Acad. de Berlin* T. 13. p. 107. TILLY *du charbon mineral.* Animalia corpora, non ita vegetabilia conſumit. Inflammabilis in operibus carbonariis *Workington*, IARS *voyages metall.* et TILLY p. 103.

*g*) HALES *exp.* 57.

*) pungente *videtur legendum eſſe. Not. edit. hui. auct.*

*h*) *Journ. Litter.* T. XIV.

*i*) SAGAR *ſyſtem.* p. 538.

6) *Aër alcalinus*, factus ex ſpiritu ſalis ammoniaci, cuius calefacti vapor vaſe recipitur hydrargyro pleno. Similem alii ſales volatiles alcalini fundunt. Ab aqua imbibitur, quam reddit alcalinam. Cum aëre fixo cryſtallos facit oblongas decuſſatas. Celerrime glaciem ſoluit.

pag. 188. l. 17. *adde* WOLF 816 ad 1.

ibid. l. 18. 885 $\frac{1}{122}$ ad 1, *lege* 855 $\frac{1}{122}$ ad 1.

p. 189. l. 19. *poſt* deſcendat *adde* perinde fere in glaciali monte *le* BVET apud Cl. *de* LVC et in *M. actae*,

p. 190. l. 12. *lege* centum et viginti quinque

ibid. l. 13. 126. *lege* 150.

ibid. l. 14. 246. *lege* 275.

ibid. l. 16. *lege* Quare cum 182 ad 275 ſe habeant fere vti 2 ad 3, erunt cet.

ibid. l. 19. *lege* vti $\frac{1}{2}$ ad $\frac{1}{3}$.

p. 192. l. 8. *poſt* plus *adde* MVSSCHENBROEKIVS preſſionem, quam vrinator ſuſtinet, ad 332. 340 l. aeſtimat.

p. 195. l. 2. *poſt* impoſito *adde* vt ſpongiis aures defendere cogantur,

ibid. l. 10. *adde* Denique quando ſumma cum velocitate pila ex maiori tormento cominus fere corpus hominis radit, viſa eſt et oſſa frangere, intacta cute, et hominem interimere, ſola ab enormi aëris preſſione.

p. 196. l. pen. *poſt* eſſet *adde* et alius paſſer cum ad tredecim pollices deſcenderet, alius cum ad ſedecim pollices,

p. 197. l. 12. *adde* Huius funeſti effectus in nixu, inque nimio muſculorum labore alias dicemus. His enim hominibus nixus nocet, qui pondus ſui corporis ſingulo in paſſu per tres, quatuorue pollices eleuant.

p. 198. l. 3. *poſt* pollices *adde* quem alii ad 290 pollices auxerunt.

p. 202. l. 8. *adde* aut 130 vbi ſummus,

ibid. l. 14. *adde* Inde aeolipilae *Ceſianae* et aliae circa Clavennam rhaeticam, quando in ſubterraneis cauernis aër, frigore immutato ſeruato, viribus integris in aërem exteriorem per aeſtiuos calores rarefactum erumpit. Inde ventus ille, de quo ſcripſi, ſtatus rupenſis, quando aër in Valeſia matutino ſole contepuit, dum aër borealis montibus a ſole defenſus denſitatem retinuit. Denique cum aër vaporibus tot aegrorum calefactus per foramen in fornice ſummo conclauis exit, in limine eius aër vndique per omnes ſuccedit aditus.

Demum ſingulare huc pertinet phaenomenon in fodinis a Cl. IARS annotatum. Et hyeme, et aeſtate perpetuo aëris torrens mutatur; ſic aeſtate idem

pag. 196. *ad verbum* credantur *in textu adde* not. z*) BOYLE *Phil. Tranſact.* n. 63.

ibid. *ad verbum* vixit *in textu lin.* vlt. *adde* not. *b**) Vipera tamen vixit in aëre ſexies rariori.

idem in ſubterraneis cuniculis grauior aſcendit in leuiorem atmoſphaeram; hyeme, quando atmoſphaera ponderoſior facta eſt, deſcendit idem ab atmoſphaera in aërem non mutatum, hinc leuiorem cuniculorum *u**).

pag. 202. l. vlt. *adde* Ita porro aëris elater in loco clauſo ab igne augetur, in loco libero minuitur, quia aër ab igne rarefit, eiusque adeo in eodem volumine minor nunc eſt maſſa *z*).

p. 205. l. 14. *poſt* addito *adde* ita vt tamen dilatari nequeat fornacis parietibus coërcitus.

ibid. l. 24. *lege* rarefactionem

p. 206. l. 5. *adde* Demum aër, qui in aqua diſſolutus fuerat, ad volumen 47000es maius ſe expandit, et maiora adhuc WINKLERVS incrementa voluminis recenſuit, in quae aër ſe demiſerit.

ibid. l. 12. *lege* vapores

ibid. l. 16. *poſt* animalis *adde* et perinde per putredinem animalis, quod in eo aëre corruptioni traditum eſt.

ibid. l. 20. *poſt* reſiſtere *adde* Octo pedes aëris reſpirationem non ſupra quindecim minuta prima alunt.

p. 207. l. 9. *adde* Porro elaterem aëris a reſpiratione deſtrui nuper Ill. SPALLANZANVS confirmauit.

ibid. l. 12. *poſt* agnouit *adde* Animal in aëre non renouato intra 3½ hor. periit, rana intra ſexaginta, neque profuit aërem reddidiſſe denſiorem.

ibid. l. vlt. *adde* Neque vel plantae in aëre non renouato ſuperſunt, neque flamma alitur, poſtquam reſpirantia animalia eum aërem corruperunt.

p. 208. l. 1. *dele* Tempora, quibus - - - vt aëris volumina.

ibid. l. 6. *adde* In vniuerſum pereunt in ratione directa molis. Pleraque animalia in aëre clauſo celeriter pereunt, celerius etiam, ſi rarior fuerit. Inſectorum tamen oua in animalia in aëre clauſo inualeſcunt *y**).

ibid. l. 21. Apparet vtique - - - elateris decedere, *lege* Vehementiores etiam iſtis ſunt effectus, quos PRIESTLEY recenſet. In eiusmodi nempe corruptum aërem incluſa animalia fere continuo poſt vehementes conuulſiones extinguuntur, vt tamen muſculi diutius reſiſtant *e**), et iuniora animalia.

p. 209. l. 3. *adde* Neque denſatus aër, vt quidem ſcribitur in nuperis Cl. CIGNAE experimentis animali incluſo vitam ſeruauit. Neque ab elatere deleto; nam aëre etiam reddito intereunt, dum corruptus aër ſuperſit.

pag.

*u**) *Mémoir. de l'Acad.* 1764.
*z*) WINKLER *Vnterſuchung.* p. 116.
*y**) SPALANZANVS ibid.
*e**) PRIESTLEY.

pag. 209. l. 7. *poſt* felis *adde* Occidere aërem non renouatum Cl. PRIESTLEY, quia phlogiſto de animali halnte nimium ſaturatus eſt, neque adeo phlogiſton de corpore noſtro poteſt reſorbere. Tanto enim deteriorem eſſe aërem, quo minus phlogiſto recipiendo aptus ſit.

Stimulo nocere *Idem*, cum conuulſiones excitet. Eadem fere Cl. SPALANZANO eſt ſententia, addito experimento, quod eo peſtilentior aër fiat, quo plura fuerint animalia, quae in eo aëre reſpirarunt, neruosque pati, cum haec animalia fere conuulſa pereant.

Non longe recedit viri Ill. *Marſilii* LANDRIANI ſententia, qui ob phlogiſton de pulmone halans et aërem replens, quem reſpirare cogitur, animal mori docuit.

ibid. l. 9. *poſt* dicentur *adde* et in aëre, in quo animal extinctum eſt ſubito. Putauit eos vapores vim exſerere, quae bronchia conſtringat, pulmonem reddat. Caro certe animalis in aëre extincti, qui reſpirando fuit corruptus, celeriter putreſcit *q*†).

ibid. l. vlt. *poſt* frigefacto *adde* Cogitatum eſt de aëris elatere deſtructo, cum aliquibus in exemplis aër corruptus reſpiratione ſuffocauit, cum maiori vi impelleretur. Sed annotatum eſt, aërem corruptum animal necare, etiam reddito aëre, neque in mephitide elaterem deſtrui, neque in eo argentum viuum ſubſidet.

p. 210. l. 8. *adde* Addas aërem factitium ex creta per acidum liquorem ſoluta, reſpirationem non alere, quia ſubito fere in homine contabeſcit, ſoluitur et elaterem amittit celerius, quam aër vulgaris.

ibid. l. 10. *poſt* toleramus *adde* cuius tanta pars aqua ſit.

ibid. l. 15. *adde* De hac ergo quaeſtione interim ampliamus. Denique difficultatem auget, quod etiam ea animalia in aëre non renouato intereant, quae pulmone deſtructo non intereunt, vt ranae *y***).

Contra vim vaporum conſtringentem obiicias, neque veſiculas pulmonum irritabiles eſſe, neque aëris vaporibus pleni eam violentiam, quae aëris cloacini, quem tamen homines facile ferunt. Nempe eo coniectura redibit, eſſe in aëre aliquod ad vitam alendam requiſitum, aliquid in aëre, quod reſpirando amittatur, ſiquidem in experimento animalia occiduntur ab aëre clauſo, quae reſpirationis interceptionem facile ferunt.

Quae putreſcunt animalia, ea aërem generant eius ſimilem, quem reſpirando corrupimus, et perinde funeſtum. Validior putredo acrem ipſis plantis fructum reddit, niſi vero eas deſtruxerit, mire incrementa vrget.

Putridum

*q*†) ALEXANDER *Eſſays.*
*y***) SPALANZANVS.

Putridum aërem et vegetatio plantarum emendat, vt demum absque noxa reſpirationi ſeruiat; corrigit etiam electricus torrens, vt ſub campana vitrea, in quo animal computruit, innoxius fiat, ſi campana cum ſuis fulcris ſphaerae rotatae electrico torrente perfluatur; demum ſi in aquam receptus concutiatur. Ab acore ſolo non corrigitur, ab aëre fixo vtique, certe minus fit noxius.

pag. 210. l. 19. *poſt* amittit *adde* et in eiusmodi quidem aëre non quidem canis, rana tamen interiit, etiam irritabilitate amiſſa.

p. 212. l. 4. *dele* Idem ignem ſupprimit - - - cum ſummae putredinis indiciis.

ibid. l. pen. *dele* carbonariis

p. 213. l. 2. *adde* Flammam etiam putredo generat.

ibid. l. 4. *dele* Sed in eiusmodi - - - interuallum renaſcitur.

ibid. l. antepen. Huiusmodi mephitides creduntur - - - in corpore retineri nequeat *lege* Neque in ſtlopo patiatur puluerem pyrium ignem concipere. Parum cum aſſurgat, et vix ſupra pedem, nihil in eo patitur erectus homo, neque canis, niſi caput ei deprimatur; id ſi feceris, exanimatur, at reſtituitur equidem, ſi continuo corruptum aërem meliori mutaueris.

Eiusmodi mephitides circa Veſuuium et Aetnam montes paſſim exhalant, etiam per puteos, quorum aquae non nocent, exque cellis eo tempore, quo Vulcanii montes excandeſcunt.

Iſte etiam vapor putatus eſt bronchia conſtringere, pulmonem reddere immeabilem. Pulmonem certe animalis in eo vapore collabi, eumque vaporem quaſi vacui ſenſum producere clari viri obſeruarunt, qui experimenti cauſa eum hauſerant. Et tamen in eo argentum viuum non deſcendit, neque acrimonia certo ſenſu percipitur. Sed compara, quae de bronchiorum conſtrictione diximus.

p. 214. l. 7. *poſt* Ribarienſium *adde* thermarumque Egranarum, Wildungenſium atque Carolinarum

ibid. l. 8. *poſt* manifeſtius *adde* ex odoris teſtimonio

ibid. l. antepen. *adde* Si quicquam in rerum natura bronchia conſtringere poteſt, id fumus fecerit ſulphuris.

p. 215. l. 6. *poſt* putrefacit *adde* Vulgo inde occiſi veſpillones. Ex ſepulchro aperto, in quo cadauer foetidiſſimum, febris epidemica maligna. Ex cloacae paedore, qui repurgaturus deſcenderat, ſubito periit. Ex ſentinae paedore varia mala et mortes ſubitae, multa per exempla.

ibid. l. 18. *poſt* peſtilens *adde* Quare pericula a cadaueribus in cellis per templa ſepultis imminentia nuper viros publicae ſalutis ſtudioſos impulerunt, vt legum praeſidia contra ſuperſtitioſum, ciuibusque funeſtum morem implorarent.

*Faſciculus III.* D pag.

pag. 216. l. 3. *adde* Notiſſimum eſt, quam peſtifera in calidis regionibus per aeſtiuos ardores paludum ſint effluuia, vt in Bengala, in maritimis Piſanis, in lacunis Pomptinis. Spuma in eiusmodi paluſtri aqua tauros in Iamaica inſula ſubito occidit. Neque ignoratur, effoſſis paludibus, aquis emiſſis Piſani, Bagnanae, Stutgardiae, Neapoli, Caeſoinae, Balneo regio, aquis Martiis ſalubritatem eſſe reſtitutam; aquae vero ſalſae nouis aquis miſtae peſtilentius putreſcunt, quoties in maritimis ſtagnant.

ibid. l. 16. in puteo *lege* in vaſe ligneo ſalſa pleno et diu clauſo

ibid. l. ead. *poſt* frumentariis *adde* cryptis Aegyptiis intactis, ciſternis

ibid. l. vlt. *adde* et tamen euentus nimis certus eſt. Vapores noxios pellionum, ſaponariorum ad putredinem referas.

Super ipſam aquam ſtagnans aër putredinem peſtilentem contrahit *l**), etiam cum glacie tegeretur *l***), aut ſuper puteum colligeretur *l****). Eiusmodi aquae vapor de puteo exiens flammam cepiſſe, homines ambuſſiſſe viſus eſt *l*†).

Alii putantur eſſe vapores, qui de terra aſcendunt, qui peſtilentem efficaciam venti *Samiel* efficiunt *l*††) ſubito occidentem *l*†††).

p. 217. l. 8. *adde* Ego quidem nondum ſatis habeo experimentorum, vt certi quid definiam.

p. 218. l. 16. *adde* Aqua de mari plurima exhalat, quam ad pluuias, adque flumina, fontesque generandos ſufficere *Edmundus* HALLEY comperit, qui tamen exhalationem aquae fecit iuſto minorem; mihi enim de ſalſis fontibus Aquileienſibus duodecim horae aeſtiuae fere tres lineas diſſiparunt.

ibid. l. antepenult. mirosque *lege* minoresque *et poſt* contemplatur *adde* Copioſiſſimum ignem, quem venti peſtilentes Orientis ſecum ſumunt, diximus *c***).

p. 219. l. 3. *poſt* alumen *adde* ſalem Epſomenſem, ſalem mirabilem GLAVBERI.

p. 220. l. 2. *adde* Cuprum in aëre aeruginem concipit, ſed aerugo fit cryſtallis cupri ab acido vitriolico diſſoluti *t**). Aphronitrum ex ſpatho generatur ab acido

*l**) SMETH *de aëre fixo*.

*l***) BARROW IV. p. 75. in ſinu Hudſonienſi.

*l****) C. *a* REYES p. 65. *Hiſt. de l'Acad.* 1701. p. 18. CARDAN. *diſcurſ. phyſ. med.* PLOT *Oxfordshire* p. 62. 63. RADSCYNSKI *hiſt. nat. Pol.* p. 229. FABER ad HERNANDEZ p. 78. BOADE *nat. hiſtor. of Ireland.* p. 145. *Zod. Med. Gall.* T. I. p. 174. *B. Med. legal.* p. 7.

*l*†) *Holl. Maatſchapp. Verhandel.* T. XV.

*l*††) CHARDIN IX. p. 221.

*l*†††) THEVENOT, TAVERNIER cet.

*c***) Lib. VI.

*t**) FALCONER *poiſon of copper*.

acido vitriolico ſoluto *t***). Tartarus vitriolatus ex clauellatis cineribus aëri libero diu expoſitis *t****).

pag. 220. l. 7. *poſt* annum *adde* aut per ſeptem annos

ibid. l. antepenult. *poſt* cadunt *adde* et ros in Aegypto ſalſus eſt.

p. 221. l. 2. *poſt* erodit *adde* ferrum ſoluit.

ibid. l. 14. *adde* Pinuum odorem ſexaginta a terra leucis percipiunt, qui Americam Septemtrionalem praeternauigant *s**)

ibid. l. vlt. *lege* eandem

p. 222. l. 8. *adde* Romae Cl. GROSLEY vapores per aërem obuolitantes et vidit, et olfactu diſtinxit, qui alcali volatilis naturam retinuerint.

ibid. l. 17. *poſt* terra eſt *adde* Gypſum puluis variis locis abundantius obuolitans cum ſpiritu recipitur, et pulmoni nocet.

ibid. l. 16. *poſt* conuulſi *adde* In ſpecu Cypria chalchanti odorem GALENVS percepit.

ibid. l. antepenult. *poſt* deponat *adde* De zinco ſimile eſt teſtimonium per aërem ferri.

p. 223. l. 5. *lege* in ſummas turres

## SECTIO IV.

### RESPIRATIO.

Pag. 224. l. 3. *poſt* vim *adde* cum ſodalibus

p. 225. l. 8. *poſt* bronchia *adde* annulis aſperae arteriae ſibi impoſitis

ibid. l. vlt. *poſt* abdomine *adde* aut pectore

p. 226. l. 3. *adde* Certa tamen ad reſpirationem moliendam maturitas in fetu requiritur. Qui ſexto menſe editus fuerat, reſpirauit, neutiquam, qui 130 die.

Prima initia reſpirationis nuper Cl. PORTAL oſtendit in broncho dextro fieri; is enim eleuatur facilius, quia liberior eſt, dum ſiniſtrum aorta am-

 plectitur

*t***) FISCHER *de aphronitro.*

*t****) SVCH *de tartaro vitriolato.*

pag. 221. not. *f*) *adde* PIETSCH *de nitro* n. 30. conf. MARGGRAF *Mémoir. de Berlin,* 1752.

ibid. not. *i*) *adde* ALBERTI et BOEHM *de ſalis medii geneſi ex acido aëreo.*

*s**) BVRNABY et *R.* LENTILIVS.

pag. 221. not. *r*) *adde* Effoſſis paludibus Piſis ſalubritatem redditam eſſe CARVES.

pag. 225. not. *h*) *adde* PIA, IV. p. 77. Ibid. 2. *Journal de Medecine,* 1765. May. *Mémoire ſur les noyés.*

plectitur et comprimit. Exempla addit ſibi viſa, in quibus pulmo dexter natauerat, cum ſiniſter nondum ab aëre dilatatus in aqua ſubſideret.

pag. 226. l. 12. *adde* Sic neque in pectore pleuram inter et pulmonem vacuum ſpatium naſcitur, in quod aër ſubeat.

p. 227. l. 2. *adde* Cum ab empyemate pectus fuiſſet perforatum, non ideo collabi pulmonem, neque pulmonem de motu ceſſaſſe.

ibid. l. 10 *poſt* coaluiſſe *adde* Potuit etiam pulmo non collabi, qui pleurae adhaeſiſſet.

ibid. l. pen. motum amittit *lege* et immobilis in dorſo haeret in GALENI experimento toties a nobis repetito, et animal cet.

p. 228. l. 12. *poſt* BREMOND *adde* Perinde vt ab eadem compreſſione diaphragma vidi de pectoris vulnere expelli, et cor, et aërem, qui pectore continebatur.

p. 230. l. 3. *adde* Nuper Cl. GOVRAIGNE aërem ſuo elatere in pulmonem aëre debiliori plenum deſcendere docuit *y**), et pectus dilatari, quia aër ſubit; non ſubire aërem, niſi pectus dilatatum fuerit. Sed repugnat vita hominum ſuperſtitum in aëre calidiori, quam eſt hominis ſanguis; hic vero aër pulmonalis denſior, atmoſphaericus rarior eſt *y***).

p. 231. l. 19. *adde* vt per nupera Britannorum inuenta eo in caſu neceſſe ſit pectus perforari, qua aër exeat.

p. 232. l. 7. *poſt* dilatat *adde* GALENO teſte.

ibid. l. 11. *poſt* confirmant *adde* GALENVS oſtendit, deſtructis omnibus muſculis, et pectore aperto ſolum diaphragma laborare, imasque pectoris partes moueri.

p. 235. l. 4. *poſt* capacitas *adde* pectoris

ibid. l. 10. *poſt* pectus *adde* proprium

ibid. l. 11. laxiorem *lege* longiorem

p. 236. l. 27. quo *lege* qua

p. 237. l. 4. *poſt* ponderis *adde* aëris

ibid. l. pen. *poſt* inciſionibus *adde* cor,

p. 238. l. 21. adhaeſit *lege* obſtitit,

ibid. l. vlt. *lege* rigidi

p. 239. l. vlt. *lege* et parte muſculorum deſtructa tanta pars cet.

p. 240. l. 10. idem *lege* eadem

pag.

pag. 226. not. *t*) *adde* tum *loc. affect.* L. V.

g*) *De reſpiratione*, addit inflato aëre in animali mortuo omnia phaenomena inſpirationis produci.

g**) Fuſe L. V.

pag. 242. l. 18. *lege* μετεωρον
p. 243. l. antepen. aëreis *lege* aëre plenis
p. 244. l. antepen. *poſt* retracta *adde* et tortuoſa
p. 246. l. 3. *lege* percurrentis
ibid. l. 12. *poſt* partis *adde* Cl. BERNARD putat, extra inſpirationem ſanguinis partes quadraginta octo in arteriam pulmonalem penetrare, in inſpiratione 54; tamen vt primis in initiis maior ſit facilitas, qua ſanguis ſubit, ea vero perpetuo minuatur.
ibid. l. 13. idem *lege* inde
ibid. l. 21. *poſt* proiicitur *adde* vt in viuis animalibus manifeſto viſum eſt.
p. 248. l. 7. *lege* vices
ibid. l. antepen. *adde* fecit nuper Cl. PORTAL.
p. 249. l. 3. Sed idem vitium, eademque cauſa mortis - - - - vt vtrique indicationi ſatisfiat, *lege* Per experimenta enim numeroſa nuper capta conſtitit, ſtrangulatos equidem ſaepe cum ſignis apoplexiae perire, ſanguine in cerebrum, eiusque ſinus congeſto *), vaſis encephali cruore plenis, ſuborto delirio et ſopore.

Vera tamen cauſa mortis vtique in STOLTII, aliisque periculis eſt, quod, aſpera arteria a laqueo intercepta, pulmo reſpirationis vſu priuetur, ab aëre diſtendi nequeat; hinc ſanguis in dextris cauis cordis, in arteria pulmonali, in pulmone, et demum in omnibus venis colli, pectoris et abdominis congeratur, ad ſiniſtras vero cordis caueas nullus veniat, et arteriae ipſae inanes ſint. Neque absque exemplo eſt, venas enormiter diſtentas demum ruptas fuiſſe, ipſam demum, *Cornelio* CONSENTINO teſte, cauam venam, paſſimque ſanguinem effuſum et ſuper cerebrum, et ſuper inteſtina. Non video, quare Ill. HAENIO viſum ſit, ſanguinem non frequenter in cerebrum congeri **).

Cl. STOLTE experimenta huc faciunt in ſubmerſis capta, et memini in nobiliſſimo viro, ob iniuſtum homicidium in Anglia laqueo extincto, ſanguinem ſub cutem brachii et manuum effuſum fuiſſe *r*).

Quae ſtrangulatio mala facit, eadem a ſubmerſione ſub aqua fiunt; inque iis, noſtro aeuo multorum bonorum ciuium coniunctis conatibus magis cognitis, liceat hic aliquanto eſſe vberiorem.



pag 249. not. *o*) *lin.* 4. *adde* WEBER *Faſcic.* II. *obſ.* 6. BÜTTNER *zweyköpficht Kind*, p. 11. HAEN *rat. med.* T. I. GVMMER *ſubmerſ.*

*) MENDEL *de ſuffocatis.*

**) l. c.

Animal ſub aquam merſum aërem quidem captat et inſpirare conatur, et in mortuo etiam epiglottis erecta reperitur ***), ſed aqua cinctum aërem non inuenit, et plerumque aquam deglutit, et in ventriculum et in pulmonem, vt etiam fundum petat, vt in ſtrangulato ****). Etſi enim exempla ſunt, in quibus aut in ventriculo †) ſubmerſi animalis nulla aqua fuit *q*), aut in pulmone, longe tamen plerumque in cadaueribus inciſis et in ventriculo ††) aqua reperitur, et in pulmone *p*), inque aſpera arteria, cum reſiduo aëre, qui in pulmone relictus erat, ſubacta, inque ſpumam verſa. Vtramque aquam et ipſe vidi in animalibus de induſtria ſubmerſis, et viderunt plurimi clari viri †††), etiam ſuum per colorem conſpicuam, cum in aquam tinctam animal experimenti cauſa demerſiſſent, eamque homines infelices *) vomitu reiiciunt. Demum ex iis hominibus, quos laudabilis induſtria Societatis Amſtelodamenſis ſeruauit, plurimi aquam, ſpumamque de ore reddiderunt **), etiam vomuerunt, aut per aluum egeſſerunt, et admiſtum perinde lutum *t*), et aquam ſaponariam ***).

Cum vero aqua non perinde vt aër pulmonem ita diſtendat, vt per rarum elementum ſanguis de arteriis in venas facilius tranſeat *b*), et potius pondere ſuo tranſituro ſanguini reſiſtat, fit ex ſubmerſione, quod ex ſtrangulatione, vt nempe ſanguis in arteria pulmonali, ventriculo et auricula dextra, inque venis ad cor ducentibus colligatur, neque vllus in ſiniſtras ****) caueas, etiam meo experimento; ita ſubtracto ſiniſtro cordi ſuo ſtimulo quieſcit idem, et venae demum rumpuntur, aut in pulmone †), aut alibi. Ita in Cl. viri, Profeſſoris nunc Göttingenſis, *Ioh. Friderici* GMELINI periculis, ita in HAENII, pulmo a congeſto ſanguine infarctus eſt, vt aquae iecoris ſimilis videre.

***) *Hannöver. Magaz.* 1763.

****) BÜTTNER p. II.

†) WEBER ib.

*q*) *adde* WEBER *faſc.* II. 2.

††) GVMMER l. c. *exp.* 2. 4. 6. 7. *Hannöver. Magaz.* 1763. MENDEL.

*p*) *lin.* 4. *adde* HAEN *rat. med.* T. XV. BOYLE *Philoſ. Tranſ.* n. 62. GVMMER l. c. MENDEL. — *lin.* 6. *adde* GVMMER ibid. *exp.* 2. 4. BOYLE *philoſ. Tranſ.* n. 62. in *ann. V. Medec.* in lite *Claudinae Rouge* experimento facto.

†††) GVMMER vbique Exper. I.

*) Ipſe FORESTVS *obſ. chir.* Lib. VI. p. 33. PIA *ſur les noyés.*

**) Homo Cl. PIA dictus etiam ſtercus deglutitum, et ſimul tres pintas aquae reuomuit, IV. p. 155.

***) FOREST. XV. *obſ.* 2.

****) EVERS in ſuffocatis a fumo carbonis, a fumo ſulphuris. *Ceterum huc quoque ſpectant* not. *g*) *i*) et *k*); *legendum tamen eſt loco* SAVVAGES *Act. Litt.* Vpſal. 1742. ab aëre non renouato.

†) ROVX *Journal de Medec.* 1774. Mois Octobre.

videretur, et fundum peteret ††). Haec theoria, mortiſque ab impedita reſpiratione deducta cauſa †††) confirmatur experimento canis, qui ſubmerſus ſub aqua vitalis ſupereſt, ſi per longum tubulum ex aſpera arteria eductum ſuper aquam ei aëris commeatus reſeruatur ††††). Hinc ſubmerſi feliciter nonnunquam per HOOKII experimentum ſeruati ſunt u).

Hi homines aliquamdiu non viuunt *), cum neque cor ſaliat, neque reſpirent **), neque ſentiant, neque extracti meminerint eorum, quae ſibi acciderunt ***), demum frigeant toti, et eorum conditio in veram, perpetuamque mortem tranſeat, niſi auxilia artis acceſſerint. Aliquod tamen tempus eſt et pro ſtrangulatis, et pro ſubmerſis, et pro enectis a fumo carbonario, in quo a benefica amicorum induſtria ſuſcitari poſſunt; idque tempus in ſubmerſis quindecim minutorum, ſemihorae, etiam horae integrae in iis miſeris fuit, quos Societas Amſtelodamenſis vitae reddidit ****). Mirificas hiſtorias legas, in quibus narratur, multas poſt ſubmerſionem horas tamen potuiſſe vitam reſtitui, maxime mirifica olitoris PECHLINO dicta; non facile tamen fidem adhibeo, qui et ipſe vidi, et Cl. HAENIVM †), et GMELINVM habeam conſentientes, pauca poſt minuta horae aues ††), caneſque irreuocabili morte interiiſſe, neque vllo conatu, neque ſcintillis electricis eductis potuiſſe ſuſcitari. Videtur hic aliquod hominis eſſe priuilegium, qui cum paulo aqua grauior ſit, ſubinde emerſerit, aëremque captauerit, cuiusmodi cani vi ſub aquam merſo nihil contingere poteſt. Id tamen priuilegium non poteſt adeo laxari, vt homo hactenus animalibus quadrupedibus ſimillimus, et perinde aquam deglutiens, euentus ab animalium caſibus totos diuerſos ſperare poſſit, et procul dubio praeſidia, quae continuo laudabo, ſaepe tenax illa ſpuma inutilia reddiderit, qua pulmo et bronchi ſubmerſorum replentur.

Nempe ea ſi via libera foret, ab aëre in os inflato plurimum ſperarem, quo infantes *), qui a partu non valebant reſpirare, vitae ſunt redditi; quo reſtituti,

††) BÜTTNER l. c. WEBER, 116.

†††) *Hiſt. de l'Acad.* 1725. 12.

††††) pag. 226. Auctor excidit.

*) Lib. IV.

**) Obſcure reſpirare ESCHENBACH.

***) PIA.

****) DRENKELING, p. 28. Minutis 80 hirundo *Hamb. Magaz.* 1767. n. 20. Verum non erat mortua, et cor pulſabat.

†) Difficulter ſuſcitaui, ſic HAEN XV. Vnicum canem poſt 4 minuta idem HAENIVS reuocauit, ſic ESCHENBACH. Multa animalia non potuit ſuſcitare PORTALIVS a vapore moribunda.

††) Poſt ſeminimutum mortuae R. BOYLE *Philoſ. Tranſ.* n. 62. Alia animalia intra ſex minuta, ſic muſculus celerrime.

*) MENDEL, PORTAL apud COLOMB. p. 17.

tuti, quos fumus carbonarius occiderat; quod etiam auxilium paſſim et a Cl. BERTANDI, et WESZPREMI, a BORELLO aliisque commendatum ſit, et ab *E.* SQVARIO luculento experimento in femina confirmatum, quae 45 minutis horae in puteo merſa fuerat *d*), quod idem Amſtelodami frequentiſſime efficax experti ſint. Omnino etiam nunc, vt in HOOKII experimento, aëre vi impulſo pulmo moribundi hominis diſtenditur, et redditur ſanguini arteriae pulmonalis libertas, qua in venam tranſire, pulmones expedire, in arterias viam ſibi aperire poſſit. Cor etiam ſiniſtrum, quod ab officio ceſſauerat, ad pulſationem redibit, ſtimulo recuperato, quo ex lege naturae ad micandum compellitur **).

Cum vero aut ob eam, quam accuſaui, ſpumam ***), aut ob aliam quamcunque cauſam aër impulſus difficilius pulmonem diſtendat, alio modo quaeſitum eſt, vt cor quieſcens, reſtituto ſanguinis ſtimulo, ad micationem incitetur. Bonus olim ALBINVS *m*), et nuper ROEDERERVS *n*) ſuaſerunt, compreſſo abdomine et pectore, ſanguinem mechanica preſſione vrgere, vt ad cor ſiniſtrum veniat.

Affine auxilium eſt id, quo WEPFERVS *o*) olim, deinde NEEDHAMVS *p*) corda mortua cogebat reuiuiſcere. Inflabat ductum thoracicum; aër in pulmonem veniens vrgebat ſanguinem, vt in ſiniſtras cordis caueas ſubiret, ita pulſuum rhythmi redibant.

Non alienum ab iſto conſilium eſt inciſionis venae alicuius *z*), potiſſimum vero iugularis venae ****), vt peramplae, et cominus pulmoni praefectae. Oſtendi in viuis animalibus *b*), quoties cor quieuerat, et ſanguis arterioſus a motu ceſſauerat, inciſa vena ſanguinem fluxiſſe, et cor ipſum ad motum rediiſſe, dum ſimul oneratus pulmo liberabatur. Id conſilium vulgo notum eſt, et ab Amſtelodamenſibus paſſim vtiliter adhibitum. In Cl. GVMMER experimento canis reuixit, cui aquis merſo caſu †) iugularis vena laeſa fuiſſet.

Plerumque tamen facilius auxilium praefertur, irritatio nempe quaecunque vehementior, ſternutationem ††) cientia medicamenta, acria ori infuſa †††), naribus-

*d*) *adde* PORTAL *rapport.* In puerpera PIA IV. p. 174. alia p. 157. in viuo GRVBEL *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *anno* IV. *obſ.* 43.

**) Lib. IV. ad fin.

***) Negat IEANNIN *mort ſubite*, p. 29.

*z*) *adde* PORTAL *rapports* in ſuffocatis a noxio vapore. Ceterum verba not. *b*) Anheloſos — — THRVSTON p. 64. huc quoque ſpectant.

****) DRENKELING I. p. 28.

†) *Exp.* 6.

††) Huc ſpectant loci THRVSTON, BRVHIERI et PARASI not. *t*) laudati

†††) *Journ. Heluetiqu.* BOERHAAVE, vid. not. *t*).

naribusque, ignis admotus ††††), dolor quicunque vehemens *r*), adſperſa abunde frigida *), ſcintilla electrica **), et potiſſimum clyſter tabacarius ***) proprium per ſiphonem ſubditus, vt acris fumus incenſi tabaci diu et repetito in inteſtinum impulſus id ad motum periſtalticum ſollicitet, ac eo motu ipſa ſanguinis circulatio, cordisue motus reſtituatur. Hoc inſtrumento Societates illae beneficae Amſtelodami et Pariſiis nunc feliciter vti ſolent *s*).

Bronchotomen referas ad inflatum aërem. Eam proprio libello DETHARDINGIVS iunior commendauit, et experimento confirmauit ****), alii improbant.

pag. 252. l. 4 *poſt* liberum *adde* per totam vitam

ibid. l. 9. *adde* Sed etiam in *I. F.* GMELINI experimento catellus ſub aquas merſus periit, cui foramen ouale nondum clauſum fuerat. Et apud PIERKINVM Leodienſem ſubmerſus interiit, cui foramen ouale apertum erat *l**). Fabuloſum eſt, caſtori, aut phocae adulto foramen ouale apertum patere.

ibid. l. antepenult. *poſt* ſcripſit *adde* et alius, de quo *Walther* RALEIGH apud *R.* BATHVRST;

p. 253. l. 11. Sed in nixu collum - - - qui ſub clauicula protuberaret *lege* ſed in nixu ſanguinem in vaſis ſtare et colligi oſtendimus *y**).

p. 254. l. 1. *poſt* ſalit *adde* in *Stephani* HALES experimentis in equa quatuor integris pedibus.

p. 255. l. 6. *poſt* qui *adde* arterias

ibid. l. 11. non ea vnice diameter *lege* non axis ſiphonis ſolus,

p. 256. l. 6. *poſt* determinetur *adde* cum poſitis maſſae a caloris gradibus $m = \frac{11\,am + 8\,bn}{11\,a + bb}$ et alterius maſſae b gradus caloris $n = \frac{11\,am + 8\,bn}{11\,a + 8\,b}$ inde poſitis maſſis aëris et ſanguinis aequalibus, calore vero aëris minori, quam calor

††††) *Verhandel. der Holl. Maatſchapp.* IV. p. 418. ISNARD in libello.

*) Huc pertinent not. *u*) et *x*) *quibus adde* PIA ſpiritu ſalis ammoniaci in nares dato.

**) In ſuffocatis a noxio vapore PORTAL. Canis, qui in ſpecu Agnani lacus exanimis factus eſt, a ſolo aëre non facile ſuſcitatur, melius in aquam proiectus BIRCH *Hiſt. of the R. Soc.* I. p. 421.

***) In exanimo a lapſu PIA IV, p. 137. Motum ſubmerſae aui ego reddidi, non vitam.

*s*) *lin.* 5. *adde* PIONIER in *Journal des Sçavans.* PIA ſaepe P IV. ita reuocari vidit, cum nihil aliud proficeret — *et poſt* n. 82. *adde* Reiicit in caſu vaporis noxii PORTAL.

****) PIA IV. p. 178. 179. poſt ſemihoram. Laudant in *Drenkelingen*, I. p. 28. (Ceterum eae notae, quibus nullae noui textus litterae reſpondent, delendae ſunt).

*l**) SIGAVD *de la* FOND p. 298.

*y**) Lib. VIII. Sect. IV. n. 34. p. 397.

pag. 254 not. *p*) *adde* Pulſus inſpiranti minuitur GALEN. *diff. reſpir.* p. 12. Suffocatio voluntaria CIGNA *reſpir.* n. 3.

calor eſt ſanguinis, vt a + 8 ſit incrementum caloris in aëre = 11. Ab ea formula *Rickmanniana* iterum aliter ſe habet, ſed parum differunt omnes.

pag. 256. l. 18. *poſt* clauſo *adde* aër.

ibid. l. 20. aëreum *lege* ſanguinem

p. 257. l. 7. ſubquindupla *lege* ſubquindecupla.

p. 258. l. 5. *lege* et paulo vltra

ibid. l. antepenult. *lege* Sed aër non renouatus amittit eas dotes, per quas ad reſpirationem aptus eſt. Cl. *Stephanus* HALES *u*) 522 pollices cet.

p. 259. l. 25. *adde* Id vero putatur fieri, ſi aër elaterem ſuum amiſerit, quo in pulmone retinetur.

p. 260. l. 15. *adde* Nunc quidem oſtenſum eſt, merito hactenus dubitari, num id, quod aër in reſpirando amittit, id ipſum, propter quod ad reſpirandum vtilis erat, et nunc deſinat vtilis eſſe, num id elater ſit. Putredinem ſuſpicantur alii. Demus vaporem ſubputridum de pulmone halare, aërem inficere; is tamen certo adeo tenuis eſt, adeo debiliter putridus, vt in homine ſano nullum putredinis ſignum edat. Et tamen is aër retentus continuo ſuffocat, cum aër latrinarum euidenter putridus, aut aër de cadauere multis horis reſpirationi ſufficiat, et morbum faciat, non vero ſtranguletur. Demus iterum vapores vitriolicos, ſulphureos, bronchia conſtringere, pulmonem reddere immeabilem, nemo tamen in aëre pulmone retento, aut in anima eiusmodi acrimoniam oſtenderit. Quare ne ſupra ea progrediamur, quae certa fide nobis comperta ſunt, in eo effato ſubſiſtimus, aërem, vtcunque id fiat, certo per reſpirationem amittere eam aptitudinem, qua pulmonem dilatare, atque ſanguini iter aperire debet. Num vero aër vitiatus pulmonem quaſi conuellat, num vnice ceſſet diſtendere, nondum definio *e**), eo minus, quod nuperi clar. viri mortem ab aëre putreſcente illatam ne quidem defectui reſpirationis tribuant.

p. 261. l. 9. *adde* et nuper Cl. IADELOT *o**).

ibid. l. 18. *adde* Demum omnino eum neruum non comprimi certum eſt, qui in pleurae canaliculo ſibi exſculpto tectus deſcendat, neque conuexus preſſioni ſe offerat.

p. 262. l. 17. *poſt* recurrero *adde* qui placitis STAHLII nunquam fidem dederim; iraſcentur potius, qui me a BOERHAAVII ſententia, et a mechanica ſecta

pag. 259. not. *b*) *adde* COTTE *meteorol.* p. 331. ſic in animali per electrum occiſo.

*e**) CARMINATI, p. 109. Siquidem in eodem aëre neque hirudo pereat, neque multi alii vermes.

pag. 261. not. *o*) *lege* KRÜGER *de neru. phren.*

*o**) *Phyſ. corp. ſani.*

ſecta deficere queruntur, vt plane apoſtatae nomen mihi impingant. Verum non alia mihi ſecta eſt, niſi agnita veritas, aut id, quod mihi quidem verum videtur. Nunc tota reſpiratio etc.

pag. 262. l. 18. *poſt* vidi *adde* tum vt alii clari viri,

ibid. l. 19. *poſt* replent *adde* aërem retinent in diſtento pulmone, aut ſubito deplent cet.

ibid. l. penult. *poſt* aliaque *adde* meticuloſa.

p. 263. l. 26. *lege* et quidem omnium minime

p. 264. l. 24. *poſt* produci *adde* facile

ibid. l. 25. *poſt* quam *adde* vix *et poſt* potui: In ſternutatione poſſe non ignoro. Sed nullus eius violentiae ſtimulus ab homine recte valente percipitur.

p. 265. l. 26. *adde* et inhiberi poſſit.

p. 266. l. 9. *adde* mortalium.

ibid. l. 14. *poſt* inclinatae *adde* aut demum, vt nuperi malunt, frigore occupatae, ſomnoque fuere, cum arundinibus a vento merguntur.

p. 267. l. 8. *adde* a linteamine, a caſei fruſto, ab vuae acino,

ibid. l. 12. *poſt* infantes *adde* et in Martinica inſul. aethiopes,

ibid. l. 17. *adde* Subito demum ipſae illae hirundines ad ferendam hiemem natae, et irreuocabili morte pereunt, ſi ſanae, validaeque ſub aquas merſae tenentur.

p. 268. l. 1. *poſt* corpus *adde* peregrinum

ibid. l. 9. *adde* fringillam etiam minori tempore.

p. 269. l. 7. *lege* neque ad obſeruandam naturam cet.

ibid. l. 12. *poſt* maius *adde* Celebre nomen eſt abbatis *Moccia*, viri ingenioſi, obeſi, qui nulla ſub aqua mergitur. Hyſtericas feminas, dum paroxyſmus viget, non mergi vulgo notum eſt, et multa eiusmodi exempla in *Cauſes celebres* collecta ſunt.

p. 270. l. 13. *adde* Sed neque in ſtrangulato homine mortem moratur.

ibid. l. antep. *lege* Eos enim homines creditum eſt ex apoplexia cet.

ibid. l. vlt. *poſt* meras *adde* et vaſa cerebri ſaepe ſanguine plenae ſunt.

E 2 pag.

pag. 262. not. *s*) *lege* GÜNZIVS.

ibid. not. *x*) *poſt* GALENVS *adde mot. muſcul.* II. 5. vbi manifeſto ſeparat a corde et ab inteſtinis, quae a natura reguntur, non ab anima;

ibid. not. *z*) *lege* VALISNERI etc.

pag. 263. not. *i*) *lege* Paſſim de ſeruis nigritis, quos citauimus. *Adde* THIBAVLT, MARTINI.

pag. 264 not. *l*) *adde* Contra ea YPEY, p. 16.

ibid. not. *n*) *adde* YPEY.

pag. 268. not. *p*) *adde* Septem Aſtracani apud *S. G.* GMELIN *It.* II. p. 205.

pag. 271. l. 3. *adde* Vera tamen et vulgatior mortis cauſa eſt, quod ſanguis in arteriis pulmonalibus, in dextris cordis caueis, in venoſo ſyſtemate collectus reſtagnat.

ibid. l. 9. *adde* luxatum caput *i**), ruptas vertebras, vt caput de cute penderet; ſic etiam a laqueo muſculum maſtoideum, muſculos laryngis, laryngem ipſum fractos.

p. 273. l. 10. *lege* renumque

p. 276. l. 6. eas *lege* cartilagines

p. 278. l. 19. *adde* Merito eadem, quae a relabentibus in naturalem ſitum thoracis partibus etiam abſque muſculorum motu fiat, vltimum eſt naturae fatiſcentis in moriente animali molimen.

p. 279. l. 4. *poſt* acceſſerit *adde* neque tunc aut facile, aut ſemper.

ibid. l. 7. *poſt* ratione *adde* et etiam is lobus ſolus natat, qui ſolus reſpirauit, dum alter fundum petit, ad quem aëri nondum datus eſt acceſſus.

ibid. l. 11. *adde* vt toties vidi in pullis meis.

p. 280. l. 4. *poſt* praeſtat *adde* Ita interpretor experimenta diſſona clar. virorum, in quorum aliis pulmo fetus, qui nunquam reſpirauit, per putredinem natauit, in aliis ſubſedit. Vidi et ego ſubſediſſe, cum aliquot menſibus pulmo in cloaca cum fetu fuiſſet ſeruatus, et ex eo phaenomeno cauſam ſumſi reae ſeruandae. Sed alias vtique et certo nataſſe vidi. Maxima demum, et perfecta putredo, poſtquam volatile omne et aër exhalauit, et ſolus fere mucus atque terra de fetu ſupereſt, iterum ſubſidentiam efficit *z**).

ibid. l. 8. *adde* quam videbit bullarum ſpecie de tota ſuperficie aut pulmonis, aut integri fetus quaſi effloreſcere.

ibid. l. 11. *poſt* reſpirauit *adde* Summa putredo, quae pulmonem et integra corpuſcula fetuum in tabum reſoluit, diſſipato aëre iterum ſinit tabum fundum petere, in quem pulmo verſus eſt.

p. 281. l. 5. *adde* et Ill. PORTALIVS;

ibid. l. 8. *poſt* vitiis *adde* poſt pleuritidem, peripneumoniam, ſcorbutum, aſthma, haemoptoën

ibid. l. vlt. *poſt* agitauit *adde* Neque enim adeo ſubito fetus reſpirat, neque cum vigore *u**). In fetu in vtero pulmones compreſſi rubri fundum petierunt

pag. 279. *ad verbum* denſus *in textu lin.* 3. *adde* not. *i**) BÜTTNER *zweyköpf. Frucht*, p. 13. 14. Sed nuper addit, non tamen vt ſubſideat.

*i**) SABBATIER p. 102.

*z**) BOCKEL.

pag. 280. not. *u*) *lin.* 2. *adde* BÜTTNER *zweyköpfige Frucht*, II. BOSE *de diagnoſi vitae fetus et neogeniti.*

*u**) SABBATIER II. p. 131.

runt *u***). Etiam pulmo fetus mortui inflatus, cum pars nataret, parte ſui ſubſedit *u****).

Apparet, ſiquidem haec eſt ex celeberrimis quaeſtionibus ad medicinam forenſem pertinentibus, argumentum a pulmone natante et ſubſidente repetitum bonum eſſe, verumque, vt ſubſidens oſtendat fetum non reſpiraſſe, natans reſpiraſſe confirmet, neque fallere, dum ſimus memores, putredinem efficere poſſe, vt pulmo fetus natet, etſi nunquam aërem duxit; morbum facere, vt ſubſideat, qui dudum et repetito reſpirauit. Noui Ill. viros etiam nuper diſſentire, et negaſſe putredini eam poteſtatem, ſed certo, quae vidi, refero, et quae nullo experimento negatiuo poſſunt refutari.

pag. 282. l. 7. *poſt* ſubſidet *adde* cuius euentus certa ſunt teſtimonia.

Compreſſus in fulgurato, in animali in crypta canina enecto.

ibid. l. antepen. *poſt* vndique *adde* a contracto pectore

p. 283. l. 24. *adde* Cl. BERNARD per reſpirationem ſingulo in pulſu plus aëris in ſiniſtrum cordis ventriculum penetrare, calculis poſitis, exiſtimauit.

p. 284. l. 13. *adde* Apparet adeo, quod non adeo facile erat praeuidere, eundem eſſe effectum diutius protractae inſpirationis et reſpirationis; in priori caſu, et in altero perinde vaſa ſanguinea compreſſa eſſe, et ſanguini imperuia. Inſpiratione protracta vaſa et bronchi ſe ſpontanee contrahunt, cum a corrupto aëre male diſtendantur. Poſt longiorem exſpirationem et vis contractilis bronchiorum pulmonem conſtringit, et vna thoracis preſſio.

p. 285. l. 11. *poſt* tranſmittunt *adde* frigida eadem,

ibid. l. 13. *adde* Iidem branchiis vinculo conſtrictis male afficiuntur, hiant, celeriter os aperiunt, clauduntque, et morti videntur proximi. Laxato tamen vinculo ad ſe redeunt Ill. GOVANO teſte. Sed huius phaenomeni alia cauſa eſt, et ſanguinis vnice circuitus turbatur, non exigua arteria vinculo intercepta.

ibid. l. vlt. *adde* reuiuiſcunt *a**).



*u***) BÜTTNER l. c. *u****) Id. ibid.

pag. 284. l 22. *ad verbum* auibus *in textu adde* not. *b**) Aues continuo SPALANZANI *opuſcoli* I.

ibid. not. z) *adde* etiam vipera.

pag. 285. not. *k*) *adde* Catellus non reuixit.

ibid. not. *s*) *adde* SPALANZANI.

ibid. not. *t*) *lin.* 2. *adde* Non pereunt BOYLE n. 62. — *lin.* vlt. *adde* Ad ſe redierunt *Philoſ. Tranſ.* n. 33.

ibid. not. *y*) *lin.* 1. *adde* Sic SPALANZAN. ibid. — *lin.* vlt. *adde* Reddito aëre conualeſcunt BOYLE n. 62.

ibid. not. *z*) *adde* Aliae perierunt BOYLE n. 62. aliae ad ſe redierunt.

*a**) BOYLE l. c.

pag. 286. l. 3. *lege* Etiam facilius exſanguia animalia aut aëre carent *b**), aut leviorem et rarefactum ferunt *c*), vt cochleae, aut congeneres limaces *d*), cet.

ibid. l. 7. *poſt* volare *adde* ſunt, quae, mortua cum videntur, aëre reddito vitam recuperent *i**)

p. 287. l. 15. *adde* Contrarius eſt exſpirationis in venoſum abdominis ſanguinem effectus. Quum enim diaphragma venam cauam inter inſpirandum comprimat, ſanguinem a pectore repellit, intra hepatis venas et inferiorem cauam cogit refluere; expiratio contra laxato diaphragmate, agentibus nunc abdominis muſculis vniuerſum abdomen vrgentibus, ſanguinem cordi facilius reddit.

p. 288. l. 18. *adde* Erinaceus, qui hieme ſopitur, non reſpirat conglobatus; idem reſpirationes molitur, ſi extenderis *t**).

p. 291. l. 21. *lege* Contra in maligna febre celerem reſpirationem viderunt clari viri, pulſu parum mutato *m**).

ibid. l. 23. *adde* In Cl. MARTINI annotationibus pulſus in variolis alio et alio tempore diuerſam ad reſpirationem rationem habent. Fuerunt pulſus 127 cum reſpirationibus 35, et 140 cum reſpirationibus 37, et ſic aliae et aliae rationes fuerunt *n**).

p. 292. l. 12. *adde* Alios calculos iniuit Cl. BERNARD, quos nunc, cum hae res non poſſint certis experimentis definiri, malumus omittere.

p. 296. l. 21. *adde* Sed ea melius dicemus, quando de ſugendo lacte ſermo erit.

p. 298. l. 13. *poſt* moratur *adde* vt arteriae diſtendantur *m**); *et poſt* aneuryſmata *lege* a niſu adeo frequenter nata, vt etiam in equis *n**) notiſſimum morbum efficiant, demum a nixu arteriarum et venarum, ipſiusque cauae diruptiones, inque nitentibus crebrae cet.

ibid. l. 15. *poſt* ſparſae *adde* vt haemoptoën nimis notam omittam.

ibid. l. antepen. *poſt* pulmonem *adde* cuius vaſa rumpi viſa ſunt *q**); *et poſt* capitis *adde* congeritur:

pag.

*b**) SPALANZANI tardiſſime pereunt.

*i**) BOYLE *Phil. Tranſ.* n. 63.

*t*) TARGIONI *Viaggi*, VII. p. 177.

*n**) *Wetensk. Academ. Handling.* 1773. Trimeſtr. 3.

pag. 298. not. *m*) *adde* In minimis vaſculis ſanguis a niſu acceleratur CALDANI experiment.

*m**) HALES p. 102.

*n*) *lege* LANCIS. *aneuryſm.* p. 110. edit. nou. Le DRAN *obſ.* 150. *Hiſt. de l'Acad.* 1700. *hiſt.* 6. 1750. *hiſt.* 3. SAVIARD *obſ.* 40. GVATTAN. *obſ.* 2. RELOF *Mém. de Berlin.* T. XIII.

*n**) Fontes aſcendentibus *Ger. v.* SWIETEN III. p. 288.

*q*) *lege* HIPPOCR. *Epidem.* IV. n. 14. cum homo aſinum ſuſtuliſſet.

*q**) CLAVDER *de method. balſamand.* p. 175. in caue.

pag. 298. l. vlt. *adde* Ruptae venae *t**); ſanguis effuſus ſub membrana pulmonis, qua ad clauiculam veniebat *t***).

p. 299. l. 2. *adde* Eodem pertinet ſanguinis tantus impetus, vt per lotii vias exeat *u**), inque cutis vaſcula *u***), et in varia ſpatia celluloſa *u*†), vt etiam de labiis erumperet *u*††).

ibid. l. vlt. *lege* isque ſuccedit

p. 301. l. 4. *poſt* calculoſa *adde* minime rara

ibid. l. 6. *adde* oſſicula, nummi, vuae acini, ſpica graminis.

p. 302. l. 20. *adde* Demum a calcis vapore, ab helleboro, frequentiſſime repetita.

p. 303. l. 4. *adde* Piſum de aſpera arteria ſuccuſſione eius reiectum.

A ſtimulo facilius extorquetur, quam tuſſis, certe in homine, ſtimulum autem putes teneriori membranae admoueri nempe narium, quae acutius, quam in bronchis ſentiat.

p. 305. l. 4. *adde* Voluntatis opus agnoſcas, cuius in cerebro ſedes eſt, et quae organa ſibi idonea, nec alia in motum ciet.

p. 306. l. 16. *poſt* extinxerunt *adde* Diaphragmati inflammato et laeſo, certiſſima teſtimonia ſunt, neque riſum ſuperueniſſe, neque ſingultum. Optimus olim ITHIVS, quo cariorem et gratiorem diſcipulum nullum habui, cum ex morbo acuto interiiſſet, diaphragma inflammatum, abſceſſu etiam eroſum habuit, neque vllus riſus praeceſſerat.

A calculoſa materia conuulſiones et riſum Sardonium natum legi, nempe eam faciei conditionem, quae in riſu obtinet.

p. 308. l. 4. *adde* A riſu aneuryſma. Vulnus arteriae a riſu funeſto euentu recruduit.

p. 310. l. 1. *poſt* incluſo *adde* aut ab eius abſceſſu *y**),

ibid. l. 9. *poſt* reformidaui *adde* Par fere cauſa ſingultus fuit in dyſenteria, in gangraena inteſtinorum, a ventriculo a protracto epiploo laceſſito;

ibid. l. 17. *adde* ab ictero ex abdominis vulnere.

p. 311. l. 22. *lege* et poſt ſonum ſuccedit exſpiratio, ita certe vulgo docetur, neſcio quid enim mihi ſupereſt obſcuritatis.

pag.

*t**) *Zod. Gall.* III p. 444.

*t***) BECKET *obſ. chirurg.* 16.

*u**) LISTER *ad Aphoriſm.* HIPPOCRAT. p. 121.

*u***) Sudor inde cruentus *Eph. Nat. Cur. Cent.* VIII. *obſ.* 81.

*u*†) In ſcrotum SAVIARD p. 129.

*u*††) In vltimo Epiri principe *Alcaandro*, quem vulgo vocant *Scanderbeg* S. ALBERTI *de ſudore cruento.*

*y**) VPEY 202. 203. Pure per aluum decedente idem quieuit.

pag. 311. not. *u*) *adde* TSCHVDI *de ſingultu*, STÖRZEL *de ſingultu.*

ibid. not. *x*) *adde* TSCHVDI.

pag. 311. l. penult. *dele* Num ſit inter - - - et vidi in puerulis.

p. 312. l. 2. *poſt* trahitur *adde* Immo vero Cl. STÖRZEL putat in ſingultu oeſophagum manifeſto moueri, et ventriculum ſurſum trahere *a**). Sed repugnant phaenomena diaphragmatis deſcendentis, cum quo non poteſt non oeſophagus deſcendere.

ibid. l. 16. *lege* ſatellitium

## SECTIO V.

### RESPIRATIONIS VTILITAS.

Pag. 314. l. 18. *poſt* priuatur *adde* ita certe relatum eſt.

ibid. l. 23. *poſt* vixiſſe *adde* Eodem tempore catellus vixit, quem, poſtquam reſpirauerat, BVFFONIVS lacte merſit.

p. 317. *poſt* extenſione *adde* a capite extenſo, collo educto, arteria aſpera dilatata, a nixu fetus ad contrahendos omnes ſuos muſculos edito,

p. 318. l. 25. *poſt* ſuſcitentur *adde* per multa et bona experimenta, quod cor, quod absque motu fuit, nunc micet, id pertinere cet.

p. 319. l. 6. *poſt* reiiciunt *adde* Sic vniuerſa animalia, quae in teſtis viuunt.

ibid. l. 8. *poſt* introducunt *adde* vniuerſasque corporis partes adeunt.

ibid. l. 13. *adde* De polypis vtique, aliisque animalibus perpetuo ſub aqua viuentibus, ſimpliciſſimis, corde deſtitutis, non affirmauero, ſpirare, ſed vermes, molluſca, inſecta, quadrupeda, aues reſpirant, neque piſces absque renouato aëre viuunt.

ibid. l. vlt. *lege* ſanos *et poſt* commercio *adde* Demum experimenti cauſa Cl. HERISSANT bufones in gypſum incluſit, vixerunt duobus menſibus.

p. 320. l. 15. *poſt* aeuo *adde* ab HIPPOCRATE, ARISTOTELE et GALENO

p. 322. l. 21. *poſt* percepiſſe *adde* In ſuffocato infante globulos aëreos ROEDERERVS vidit.

p. 323. l. 8. *poſt* demum *adde* in morbo boum, in renum, aliorumque viſcerum ſuperficie, et inteſtinorum, in ouarii ſacco

ibid. l. vlt. *poſt* tympanites eſt *adde* ſaepe et alias viſus

p. 324. l. 2. *poſt* regionibus *adde* in abdominis, in pectoris cauitates effuſo.

ibid. l. 11. *adde* Aërem, quo otides iratae pellem ſub collo inflant, putes ex pectoris cauea eo venire.

pag.

*a**) l. c.
pag. 312. not. *e*) *adde* ARISTOTELES *poſth.* 33.
pag. 319. not. *h*) *adde* *Extrait des Journaux*, 1773. Ianvier.

pag. 325. l. antepen. *adde* Extant equidem nuperrima experimenta Cl. DARWIG, quibus haec omnia videntur refutari. Nempe iugularem venam, et veſiculam felleam ſub antlia pneumatica non intumeſcere ſubtracto aëre, neque venam cauam ſanguine plenam, veſicam vrinariam vtique *d**). Mira haec, quae contra tot alios clar. viros adoptare vix auſis.

p. 328. l. 20. *lege* reddi

ibid. l. vlt. *adde* de quibus alias fuſius agemus.

p. 331. l. 1. *lege* admitti,

ibid. l. 6. *lege* aduenire,

p. 332. l. 4. *adde* vt nuper Cl. CIGNA.

p. 333. l. 17. *adde* Idem alii elementum pro electrica materia habent.

p. 334. l. vlt. *adde* et imminentem putredinem auerti DOSSIE.

p. 335. l. 11. *poſt* admiſtam *adde* et plurimum phlogiſti,

ibid. l. 15. *dele* nitri

ibid. l. penult. *poſt* adhaereſcens *adde* cum calce addita

p. 336. l. 1. Non *lege* Nam *et poſt* parari *adde* in nitrum

ibid. l. 4. *poſt* aërem *adde* internum corporum

p. 337. l. 13. *adde* et in quibus aër verus elaſticus admiſtus, neque ſolutus adeſt.

ibid. l. antepen. *adde* Ipſo calore ſanguinis ſanguis a 96 ad 120 gradum dilatatur, vt volumen eius $\frac{1}{717}$ augeatur *o**). Aliquantum ſanguinem comprimi poſſe non miraberis, cum nuper demum compertum ſit, et aquam, et vini ſpiritum, et olea aliquantum comprimi poſſe, vt tamen ea ratio exigua ſit, et 44. 48. atque 66 per millionem diuiſis *o***).

p. 338. l. 19. *poſt* naſci *adde* aut demum, ad noſtros enim fines perinde eſt, ad fermentationem pertinet, quae putredinem praecedit.

p. 339. l. 13. *poſt* tunc *adde* arteria ſanguine plena

p. 340. l. 20. *adde* Viſcera ipſa et ſanguis in cadauere, qua aër contingit, florida rubeſcunt. Oricellae etiam tincturae et purpurae muricinae aër demum ruborem impertit. Sed haec dudum expendimus.

p. 341. l. 10. *poſt* haemoptoë *adde* cui nulla, niſi ſimpliciſſima medicatio chirurgica adhibita fuit

p. 342. l. 14. *poſt* exit *adde* et de otide diximus, quae pellem inflat.

p. 343. l. pen. *lege* et 482 ad 464$\frac{4}{5}$

pag.

pag. 329. *lin.* 15. *ad verbum* receptus *adde* not. *y***) Contraria quidem horum NOLLETVS, et plus inſpirari aëris, quam exſpiratur.

*o**) FALCONER *bathwaters*, T. II.

*o***) *Philoſ. Tranſ.* V. LIV.

pag. 344. l. 14. 120 *lege* 125
ibid. l. 22. 32. *lege* 36
ibid. l. 23. *adde* retentis menſuris *Stephani* HALES.
p. 346. l. 17. *lege* vt illum potius calefaciat,
p. 348. l. 10. *adde* quorum vterque intra idem tempus euacuatur.
ibid. l. 15. *lege* neque tamen aliquem eo tempore fuiſſe pulmonem,
p. 350. l. 14. *adde* In morbis etiam oſtendimus, perpetuo latiorem fuiſſe cordis ventriculum, qui difficulter ſe ſuo ſanguine liberabat.
ibid. l. 22. *lege* quem arteriofus ductus de ſanguine in pulmonem tendente auehit.
p. 351. l. 1. *lege* acceſſum
p. 352. l. vlt. *adde* non vero repugno.
p. 354. l. 16. *adde* Particulae per pulmonem putreſcentes potiſſimum difflantur, cum ad eam degenerationem humores noſtri ſponte inclinent *x**). Hae etſi etiam de cute cum perſpiratione *Sanctoriana* perſpirant, tamen per pulmonem copioſius aufugere videntur *x***). Multo enim vberior haec eſt exhalatio, quae modico in frigore oculis conſpicua reddatur, non perinde perſpiratio cutanea, quam demum in aëre multo denſiori fodinarum Clausthalienſium pariter de digitis fumantem vidi. Magis etiam odorata eſt anima.

Vna aufugiunt particulae alcaleſcentes *x****) foetidae, ſeu eaedem fuerint cum putridis, vt vulgo putatur, ſeu coniunctae.

Demum phlogiſton ſuperfluum ea via diſſipatur *x*†) adeo manifeſto, vt homo in camera paulo accuratius clauſa a paſtu obambulans, phlogiſti portionem in aëre eius camerae tertia parte augeat *x*††).

Non ideo ſanguis refrigeratur, cum in ſiniſtro corde non ſit frigidior *x*†††); cauetur tamen, ne nimium phlogiſti in animali coaceruetur ſummo cum eius periculo.
p. 355. l. 2. *adde* Quare nuperrime Ill. CIGNA noxii humoris de ſanguine ſeceſſionem pro praecipua vtilitate habet, quam reſpiratio animali praeſtet.
p. 357. l. 19. *lege* ſanguinem
p. 358. l. 12. *lege* venarum

pag.

pag. 346. not. *k*) *adde* Non eſſe ALBINVS *nat. hom.* p. 50.
*x**) Libr. V.
*x***) HOFMANN, qui eum finem faciendi pulmonis praecipuum fuiſſe putat.
*x****) LANDRIANI.
*x*†) *Idem* p. 29.
*x*††) *Idem* p. 48.
*x*†††) p. 190.

pag. 358. l. 15. *poſt* apparuit *adde* Sed neque nuper Cl. SPALLANZANO, qui in pulmone ſanguinem celerius, quam in meſenterio fluere vidit, quam in palato vero lentius.

ibid. l. 23. *lege* Et absque eo elemento in pulmonem recepto perinde cet.

p. 360. l. 3. *poſt* BOERHAAVIVS *adde* atque nuper BVFFONVS, qui pulmonem pro follibus habet, quorum motu vitalis ignis excitatur.

p. 361. l. 29. *dele* Venae cauae preſſionem - - - hic non repeto.

ibid. l. vlt. *adde* De venoſo ſanguine fere dico, in aortam enim diaphragmati multo minor eſt potentia.

p. 364. l. 15. *poſt* vox eſt *adde* vt olim *Radulphus* BATHVRST vidit.

ibid. l. 16. *poſt* huic *adde* inter certas et euictas reſpirationis vtilitates

ibid. l. vlt. *adde* Haec ita dicta volo, non vt aliam aliquam efficaciam ad vitae radices profundius penetrantem, in reſpiratione eſſe negem; id volo, de eius ignotae vtilitatis natura, quam etiam animalibus in teſtis habitantibus et inſectis aër in intimis praeſtet, mihi nondum liquere.

p. 365. l. 1. *dele* Parum forte ſatisfactum - - - perſpicacior intellexero.

ibid. l. 18. *poſt* ſcaturiginem *adde* Ita antagoniſmum eſſe diaphragma inter et pleuram atque peritonaeum, quas membranas cum ſuis celluloſis telis diaphragma alternis vicibus diſtrahat *f**).

ibid. l. pen. ineptae *lege* lentae *et lin.* vlt. *adde* nimis lentum, nimis inconſpicuum, quam qui ad circuitum ſanguinis adeo rapidum proximi aliquid conferat.

*f**) BORDEV *ſur le tiſſu muqueux*, p. 77. cet.

# ELEMENTORVM PHYSIOLOGIAE

## *LIBER NONVS.*

## VOX ET LOQVELA.

### SECTIO I.

LARYNX IN VNIVERSVM.

Pag. 366. l. 10. *poſt* quadrupedibus *adde* calidis
p. 367. l. vlt. *poſt* pictas *adde* et medulla,
p. 369. l. 6. *poſt* oſſeſcit *adde* etiam vt medullam contineat,
ibid. l. pen. *poſt* arteria *adde* et neruus,
p. 371. l. 1. *poſt* mente *adde* quam praeſens naturae teſtimonium
p. 372. l. 17. *adde* etiam cetis
p. 374. l. 4. *poſt* protegat *adde* quod miror potuiſſe nonnemini negari
ibid. l. 6. *adde* oſſeam factam negat MORGAGNVS ſe vidiſſe.
p. 376. l. 10. *poſt* vetuſta *adde* GALENO dicta et ORIBASIO, non ignorata C. STEPHANO et EVSTACHIO, pro re noua a *Seuerino* PINEAV dicta, aque LAVRENTIO
ibid. l. vlt. *poſt* innotuit *adde* BARTHOLINVS, C. BAVHINVS, DRELINCVRTIVS, et pro noua iterum re SCHELHAMMER.
p. 377. l. 2. *adde* Muci ſunt receptacula ſatis affinia valuularum, quas in muliebri pudendo dicemus.
p. 379. l. 9. *adde* Membranaceum ligamentum ab epiglottide ad capitula cartilaginum arytaenoidearum abit, in quo in animalibus ſubinde duae cartilagines obliquae reperiuntur *m**).
p. 380. l. vlt. *adde* Ill. CAMPERVS tenſionem ligamentorum minutius expoſuit *b**). Baſin oſſis hyoidis ſibi relicti in ſtatu naturali cartilagini thyreoideae incumbere; in voce vero acuta reddenda os hyoides per ſuas vires antrorſum duci, vt eius oſſis baſis vltra cartilaginem thyreoideam producatur, et ſimul larynx pone baſin oſſis hyoidei eleuetur; ita et ipſe ſurſum it, et os hyoideum

pag. 369. not. *c*) *adde* CAMPER apud BVSCH *de organo vocis.*
pag. 376. not. *o*) *adde* Ab obſtructis ventriculis vocis vitium NEMESIVS.
*m**) CAMPER ap. BVSCH *de mechaniſm. organ. vocis homin.* 1770. 4.
*b**) Apud BVSCH l. c.

hyoideum antrorſum. Dum nunc cartilago thyreoidea aſcendit, tendi ligamenta glottidis neceſſe eſt; dum enim ea cartilago ſurſum it, arytaenoideae cartilagines immotae perſtant: dum interim (forte) aſpera arteria diducta et vna cricoideam abducit, ſic vt ſola thyreoidea ſurſum eat. Porro ab oſſe hyoide thyreoidea in priora trahitur, cricoidea actione cricothyreoidei poſtici retrorſum. Ita ligamentis tenſis vox acuta producitur.

Contra in graui voce cricoidea cartilago antrorſum ducitur, ita eius diſtantia a cricoidea nulla fit. Cricoarytaenoidei poſtici muſculi cartilagines eius nominis deorſum et ad latera trahunt, proceſſus anteriores ad ſe inuicem adducunt, ita baſes earum cartilaginum deducuntur, glottis fere clauditur, ſola pars poſtrema rimae dilatatur.

pag. 382. l. pen. *lege* tranſuerſim

p. 395. l. 17. *adde* Si vero thyreoidea cartilago alia a cauſa eodem tempore antrorſum it, cricoideam ipſe retrorſum ducit, et glottidem tendit *c***).

p. 386. l. 6. eo magis vero diducit - - - et ligamenta relaxet *lege* guttales etiam cartilagines hactenus vertit, vt baſeos finem interiorem ad anteriora conuertat, exteriorem ad poſteriora.

ibid. l. 18. *adde* Contra CAMPERVS eum capitula quidem cartilaginum arytaenoidearum ad ſe inuicem adducere, ſed baſes diducere, rimam poſteriorem dilatare, glottidem claudere docet. Nondum quidem hic a ſententia recedo, cum praeterea muſculus, de quo ſcribo, cum thyreoarytaenoideo idem ſit, qui, ipſo CAMPERO conſentienre, ligamenta glottidis relaxat.

p. 388. l. 1. *poſt* diducat *adde* ſic etiam CAMPERVS.

p. 389. l. 15. *adde* A genioglosſo WALTHERVS deduxit.

p. 390. l. vlt. *adde* a ſtilopharyngeo ad epiglottidem fibras WALTHERVS deduxit; a primae vertebrae proceſſu tranſuerſo in totam partem tranſuerſam thyreoideae cartilaginis *Nicolaus* HABICOT.

p. 391. l. 17. *adde* Is mucus coactus in membranae ſpeciem abit in morbo, quem Scoti nuperiores medici deſcripſerunt, et dixerunt ſuffocationem ſtridulam.

p. 397. l. 9. *adde* Maiores alias hydatides fuerunt.

ibid. l. 13. *poſt* vidit *adde* quae numeroſa nuper egregius inciſor *Guil.* HEWSON vidit, in dextro latere in angulum venam inter iugularem et ſubclauiam inſerta, in ſiniſtro in ipſum ductum thoracicum.



pag. 385. *ad verbum* poſterioribus *in textu lin.* 17. *adde* not. *c**) CAMPER apud BVSCH.

*c***) Tendere Cl. SABBATIER, II. p. 93. cuius ſententiae argumenta nunc non poſſum in praeſente larynge expendere.

pag. 386. not. *h*) *adde* CAMPER.

ibid. not. *n*) *adde* CAMPER.

pag. 388. not. *b*) *adde* CAMPER.

pag. 399. l. 14. *adde* neque infrequens eſt, in morboſa glandula vias apertas ad caueam aſperae arteriae duxiſſe.

p. 404. l. 6. *adde* Eſt vbi altera ab aorta acceſſit.

p. 406. l. 19. *lege* Maior eſt, et a GALENO inuentore *n*) celebratus, quem cet.

p. 408. l. 6. rarum *lege* ramum

p. 409. l. 3. *adde* et in animali nuper Cl. PORTAL.

ibid. l. 9. *poſt* ſcriptores *adde* idemque, quem laudaui, PORTALIVS.

ibid. l. 17. *adde* quo videtur Cl. CAVERHILL euentus pertinuiſſe, qui vocem debilitari vidit, non totam tolli.

## SECTIO II.

### ORGANA LOQVELAE.

Pag. 414. l. 2. *adde* ſolet autem in quadrupedibus magis compoſitus eſſe.

ibid. l. vlt. *adde* vel certe a membrana tendinea clauiculae affixa *q**).

p. 415. l. 16. *adde* aut in altero latere, aut in vtroque.

p. 418. l. 20. *poſt* fuerit *adde* ſiue nunc in ſua cum oſſe temporum dearticulatione fundata fuerit, ſiue retenta a maſſeteribus, temporalibus et internis pterygoideis, clauſo ore, aut aperto, erit maxilla inferior muſculo biuentri pro cet.

p. 419. l. 4. *adde* Eodem tempore et maxillam ſuperiorem eleuare et inferiorem deorſum ducere alii *r**).

ibid. l. 11. *adde* In deglutiendo vtique agit, eiusque muſculi actio digitis percipitur.

p. 421. l. 20. *adde* Quadrupedibus ouiparis aliqua eſt minus libera, vt de ea in ipſo crocodilo ambigatur *c**). Inſectis REAVMVRIVS (certe api), cochleae SWAMMERDAMIVS linguam tribuit.

p. 422. l. 20. *adde* Nuperos chirurgos video de hoc frenulo, deque eius amputatione, vt de re non rara et de neceſſario auxilio dicere.

p. 431. l. 18. *adde* atque vuula corrupta multos commode loqui HILDANVS teſtis eſt.

ibid. l. 20. *lege* per veli palatini vitiata organa cet.

SECTIO

pag. 403. not. *b**) *adde* NEVBAVER et ERDMANN *diſſ. poſth.* T. 2. f. 2. MECKEL in *epiſt. ad me* II. n. 321.

*q**) SABBATIER ibid.

*r**) SABBATIER I. p. 411.

*c**) Nullam habere ARISTOTEL. Part. IV. n. 11. SEBA T. CX. f. 1.

## SECTIO III.

### TONI.

Pag. 434. l. 8. *adde* Neque tamen diſſimulandum eſt ſecundum Cl. *la* CHAPELLE totum artificium poni in aëris penu, quem ventriloquus in poſteriori parte caueae oris reſeruat, et pro arbitrio edit.

ibid. l. vlt. *poſt* aquaticis *adde* auctore olim ALDROVANDO,

p. 436. l. 12. *dele* erinaceo,

p. 438. l. 13. *adde* lutra, lepore,

ibid. l. 14. *poſt* RVNGII *adde* atque veteris amici *I.* GESNERI, demum PORTALII. Idem experimentum eodem cum ſucceſſu in larynge inferiori auium aquaticarum DVVERNEYO ſucceſſit.

p. 440. l. 7. *poſt* percipitur *adde* vna arytaenoideae cartilagines retrorſum ducuntur, et ad ſe inuicem accedunt.

ibid. l. 8. *adde* deſcendit etiam ſola reſtitutione, quando vires eleuantes deſinunt agere.

p. 442. l. antepen. *adde* In tuſſi conuulſiua ſonus acutus fit ob glottidis arctationem.

p. 445. l. 22. *lege* ſonorum

p. 451. l. 8. *adde* Pro FERRENIO etiam Ill. CAMPERVS ſentit, tantum vt vocem artificialem imperfectam et fuſcam eſſe moneat, qualem nunquam non audiui.

p. 453. l. 3. *adde* A vocis robur aërem in auibus omnes fere in caueas etiam oſſium receptum facere poſſe, Cl. I. HVNTER, quod in ſerino ſit manifeſtiſſimum *t**).

ibid. l. 21. *dele* in erinaceo - - - pene membranea.

ibid. l. antepen. *poſt* lacerta *adde* vocali

ibid. l. vlt. *adde* Grauem et clangoſam vocem gruis plicae tres aſperae arteriae fecerint, quae in propria ſterni carne repetito contra ſe ipſam inflectitur, qualis etiam in cigno eſt ſyluatico.

p. 458. l. 17. *dele* Addi poſſet - - - - ad humanam accedere.

ibid. l. 22. *poſt* exprimunt *adde* aut alias aues, cum quibus educantur, diſcunt imitari,

SECTIO

pag. 432. not. *s*) *adde* cum nulla vuula eſſet, adultior certas litteras pronuntiare non poterat WEDEL *morb. infant.* p. 12.

pag. 435. not. *l*) Quae in prima editione Auctor de vocis in anſere organo p. 449. et 450. not. *t*) diſputauit, ea in noua huc retulit.

*t**) *Phil. Tranſact.* n. LXIV.

## SECTIO IV.

### LOQVELA.

Pag. 465. l. 12. *adde* Vt poſſint in lingua Tamulica 13 diuerſae vocales eſſe, aut 16 in Sanſcritica, id quidem non intelligo *m**).

ibid. l. 19. *adde* Inſulae Taiti *e*, *g*, *ſ*, *z* non pronuntiant. Iroſekii *b*, *f*, *m* et *p*.

ibid. l. antep. *adde* Sunt tamen in lingua Sanſcritica euidentiſſimae litterae conſonantes, quas numerant omnino 35 *r**). In Tamulica, cui tantum 18 numerant, ſunt tamen duae Europaeis ignotae et ſaepe a Danicis miſſionariis citatae *r***), quare fit, vt alii et alii Europaei eas ſuis litteris aliter exprimant, etiam vt alii *d*, *h* ſcribant, alii *r*.

p. 468. l. 12. *adde* A Chinenſibus *d* nunquam pronunciatur

p. 472. l. 15. *adde* Hac vitia potius ad veli palatini morbos retulerim, quam ad vuulam proprii nominis *r**).

p. 474. l. 8. *poſt* lego *adde* et alia affinia exempla video.

ibid. l. antepen. *poſt* docent *adde* reſtituere.

p. 475. l. 18. *poſt* pendet *adde* et luſcinia, ſi absque parente cum alia auicula canora fuerit educata, eius vocem ſuam facit, neque porro luſciniae cantum canit.

p. 478. l. 11. *adde* Nuper legimus eſſe Edimburgi Cl. BRAIDWOOD, qui ſcholam pro docendis ſurdis et mutis aperuerat, vt virginem etiam mathemata docuerit *q***).

Deinde Cl. ARNOLD, V. D. M. prope Gieſſam his ipſis annis patritium puerum Bernenſem loqui docuit ad AMMANNI fere morem, ingenioſis artibus adiutus.

Cl. LASSVS et *Abbas* EPEE *q****) potius ſymbola aliqua et inuentionem docent, etſi LASSVS in principio etiam loqui docuit, quod inſtitutum ob ingrate vitioſos accentus deſeruit.

p. 479. l. 6. *adde* Aliquanto facilior fit, quod hi pueri muti et ſurdi ingenio ſoleant valere.

ibid. l. antep. *poſt* PORTA *adde* quod artificium nuper in Germania repetitum fuit.

ibid. l. vlt. *adde* ita omnino omnes ſoni, caluariae oſſibus vtcunque impreſſi, exaudiuntur, etiam quando tympanum et reliqua auditus organa officio ſuo fungi deſierunt.

*m**) *Anquetil du* PERRON *Voyage.* *r**) *Anquetil du* PERRON.
*r***) *Idem.* *r**) vid. p. 432.
*q***) IOHNSTON *rel.* *q****) *Inſtitut. des ſourds et muets*, à Paris 1776. 12.

pag. 479. not. *e*) *adde* Minime vero ſucceſſit LASSO aut ARNOLDO. Sonum audiebant, litteras non diſtinguebant.

# AVCTARIVM

AD

# ALBERTI HALLERI ELEMENTA PHYSIOLOGIAE CORPORIS HVMANI

EXCERPTVM

EX NOVA EDITIONE

ET ADAPTATVM VETERI.

## FASCICVLI QVARTI PARS PRIMA.

CEREBRVM. NERVI. MVSCVLI.

---

LIPSIAE ET FRANCOFVRTI,

CIↃIↃCCLXXX.

## ELEMENTORVM
# PHYSIOLOGIAE CORPORIS HVMANI
## TOMVS QVARTVS.

## *PRAEFATIO.*

Pag. VI. l. 19. *lege* Sed in altero latere et ego reliqui, vt diſcrimen appareret.
p. VII. l. vlt. *poſt* incidi *adde* ad eas fibras valuulam pariter, et maiori iure pertinere.
p. VIII. l. 1. *dele* Tantum do interim - - - aut emendare ſtudebo.
ibid. l. 7. *adde* Oſtendi in libro XXIV diſcipulos rariter celluloſae telae valuulam coli tribuiſſe, quos aequum ſit, ſua a praeceptore hauſiſſe.
ibid. l. 22. eandem *lege* accuratius.

## *PRAEFATIO ALTERA AVCTORIS.*

Primam praefationem omittere deſtinaueram, nunc etſi non omitto, omnia certe preſſi vndique, quae in morituro ſene aliquam in praeceptorem ab aeternitate ſuſceptum ſimultatem prodere poſſent. Rebus enim penſitatis, vidi, cum annotationes ALBINI ſuperſint, ſintque ad poſteros ſua ob merita peruenturae, non poſſe me defenſionem meam premere, quam aequum ſit, vna cum accuſatione ſupereſſe, ne poſteri de lite ab Ill. viro mihi mota ex ſola accuſatione iudicent. Eo magis vero neceſſariam apologiam eſſe perſuadeor, quod me viuo et ſuperſtite, etiam docti viri, etiam minus iniqui, paſſim de ea lite ita ſcripſerint, ac ſi de inuento aliquo anatomico lis fuiſſet, quod ego mihi tribuiſſem, ALBINVS ſibi vindicaſſet. Nunc nihil ſubfuit eiusmodi cauſae. Membranae enim pupillaris inuentae gloriam dudum WACHENDORFIO ceſſeram, ALBINI merita laudaueram in detegenda vera ſtructura valuulae coli.

In nouo opere monendum duxi, me de cerebro, eius anatome et functionibus plus adieciſſe, quam in aliis ſolebam operibus Cum nulla pars oeconomiae animalis obſcurior ſit, et numeroſioribus obnoxia litibus, cum paſſim nos lux anatomes deſerat, cum eam ſupplere ſim conatus collectis ex morbis, exque

morboſis corporibus annotationibus, aliquanto liberalius putaui collecta exempla me repetere debere, vt de conſtantia veri conſtet. Neque enim dubium eſt, eum euentum, qui naturae quaſi familiaris ſit et inquilinus, eundem frequentius ſe offerre.

*Bernae Heluet.* d. XX. Menſ. Mart. cIↄIↄccLXXVII.

# LIBER DECIMVS.

## CEREBRVM ET NERVI.

## SECTIO I.

### CEREBRVM PROPRIE DICTVM.

Pag. 1. l. vlt. *adde* Sic clar. viri VNZERVS, BODDAERT *a***), alii etiam polypis ſua cerebra eſſe ſcripſerunt, nullum experimentum ſuum allegarunt. Verum non licet rebus in phyſicis pro rebus euictis recipere, quae nullus ſenſus demonſtrat. Cum in polypis nodulos, in aliis minutis animalculis fibras diſtinguamus, nihil videtur eſſe, cur cerebrum viſum fugeret. Et in vniuerſum videor mihi annotaſſe, cum oculis cerebrum coniungi, et reperiri, quando oculi adſunt, abeſſe, vbi deſiderantur.

p. 2. l. 8. *adde* Sed etiam lepus marinus aliquid habet medullae ſpinalis ſimile nodulis interceptum *p**), et in polypo maiori marino ſyſtema neruoſum egregium Cl. KOELREVTERVS inuenit *p***).

p. 3. l. 2. *poſt* lobi ſunt *adde* in limace *i**).

pag.

*Praef.* pag. II. l. 27. *ad verbum* odiis *adde* not. 2*). Per Ill. Bar. *de* ASCH epiſt. anno iam 1751 ad me datam, quam nuper excudi feci.

pag. 1. l. 13. *ad verba* polypis illis *adde* not. *a**) BONNET *Contemplation* Préf. p. 25.

*a***) *Verhandeling. der Maatſchapp. te Haarlem* T. XIV.

*h*) *lege* SCHAEFFER *vom krebsartigen Kiefenfuß*, p. 39.

*p**) BOHADSCH *de anim. marinis*, p. 8. 9. 10.

*p***) In ſermone mecum collato. Habet PLINIVS L. XI. c. 39.

pag. 2. not. *y*) *adde* Hic aliquid ſimile cerebelli in bombyce, vbi additur non ſatis certe adeſſe, *Comment. Bonon.* V. I. p. 193. SWAMMERDAM *Bibl.* p. 316. Aequale $\frac{1}{150}$ capilli LYONNET p. 96.

*i**) SPALLANZANI *riproduzion.* p. 60.

pag. 3. l. 8. vt tamen ea ſui ſimilia ſint - - - - et percae alteri, *lege* In pluſculis piſcibus varietates proſecutus eſt Cl. VICQ *d'* AZYR *q*) et *Petrus* CAMPER *r*). In meis experimentis cerebrum piſcibus, quam auibus, multo minus altum, planiusque, longum, modice conuexum, ſuperne et inferne in duas columnas ſuis ſulcis diuiſum. Tubercula in vniuerſum ſuperiora quinque, olfactoria duo, cerebellum anatum. Inferiora pariter fere quinque, tubercula olfactoria et alia reniformia, et glandula pituitaria media. Plurima ceterum varietas, et in multis piſcibus duo tubercula abſcondita, quae ab aliis abſunt *a*).

CAMPERVS pleraque ſimilia habet, tantum neque tubercula recondita, neque cornua ammonis, neque glandulam pinealem. *Samuel* COLLINS plurimam ex multis piſcibus varietatem habet, quae conferri poteſt, et quam hic enumeraſſe nimium foret *b*).

p. 5. l. 14. *adde* ſalamandrae *p**),

ibid. l. 15. *adde* teſtudini *q**) et viperae *q***).

ibid. l. penult *lege* vti 1 ad 1200 *r*),

p. 6. l. 6. *adde* pantherae *z**),

ibid. l. 7. *adde* hyaenae *d**), lupo nigro *e**), cibetto *h**), coati *h***), aguti *h****).



*q*) *Mém. des Savans étrangers* T. VI.

*r*) Ibid. T. VII. p. 181.

*a*) *Opuſc. anat. min.* T. III.

*b*) *Syſtem.* T. I. p. 60 — 69.

*p**) WVRFBAIN p. 69. Mera fere appendix medullae ſpinalis, VESLING *epiſt. poſth.* V.

*q**) *Pariſini.* *q***) VESLING ibid. IV.

pag. 6. not. *z*) *adde* Pondus animalis 243. l. quarum ſingula vnc. 16 ſiue gr. 9216 aequivalet; cerebri vnciarum quinque et drachmarum trium; cerebelli drachmarum ſeptem cum dimidia. Encephalon ergo ad totum animal vt 1 ad 615. BVFFON IX. p. 36.

*z**) Animal = 101. l. cerebrum vnciarum 5, drachmarum trium, cerebellum ʒix, quae ratio eſt 1 ad 249. ibid. p. 182.

*b*) *dele* vncias 16.

*d*) lin. vlt. *lege* quae ad $\frac{1}{154}$, $\frac{1}{88}$ et $\frac{1}{50}$ redeunt.

*d**) Pondus ei 60 l. cerebrum ʒxxj, cerebellum ʒiv, ratio ad animal 1 ad 302. BVFFON IX. p. 286.

*e**) Pondus corporis ℔ 43, cerebri ʒxx, gr. xv, cerebelli ʒiv, gr. xv, ratio vt 1 ad 224. BVFFON IX. p. 368.

*h*) *adde* Corpus pondere librarum 23, ℥vj, cerebrum drachmarum 17, granorum 48, cerebellum drachmarum quatuor, quae ratio fere eſt 1 ad 49, ibid. p. 249.

*h**) Pondus ei vnc. 210, cerebri ʒvijß. cerebelli ʒij, gr. xviij, ratio ad corpus fere 1 ad 170. BVFFON IX p. 322.

*h***) Pondus vnciarum 243, cerebri drachmarum vndecim, cerebelli drachm. 2 $\frac{1}{3}$; ratio fere 1 ad 146. BVFFON VIII. p. 348.

*h****) Pondus vnciarum 61 cum dimidia, cerebellum granorum 64, cerebrum drachmarum trium, ratio fere 1 ad 131. BVFFON VIII. p. 386.

pag. 7. l. 8. *poſt* quintuplum *adde* Iterum in aliis cerebrum modo nato homini vncias quatuordecim, cum vniuerſus penderet libras octo. In adulto corpus centum et ſexaginta librarum, cerebrum librarum quatuor, atque adeo cerebrum ad corpus vt 1 ad 40; quadruplo et vltra adeo minus pro ratione corporis in adulto, quam in fetu.

ibid. l. 16. *adde* Sic dromedario *s**), boui *buſle s***).

ibid. l. 21. *lege* et fere $\frac{1}{866}$ aut $\frac{1}{1154}$ corporis proprii

ibid. l. vlt. *adde* Triplo minus humano Cl. BOVRGELAT *c**).

p. 8. l. 3. *lege* vt aequaret libras $\frac{1}{60}$ *d*) ſui corporis

ibid. l. 5. *lege* quae ratio eſt $\frac{1}{221}$ *f*).

ibid. l. 9. *lege* ad $\frac{1}{342}$.

ibid. l. 12. *lege* $\frac{1}{218}$.

ibid. l. 17. *lege* mus vulgaris omnium maximum, quod ſit ſui corpuſculi $\frac{1}{43}$ *s*); mus agrarius $\frac{1}{45}$ *t*), *et adde* Marmota $\frac{1}{279}$ *t**), veſpertilio $\frac{1}{107}$ *t***), ſurmulot $\frac{1}{164}$ *t****), talpa $\frac{1}{36}$ *t*****), glis $\frac{1}{33}$ *t*†), porcus indicus $\frac{1}{189}$ *t*††), cricetus $\frac{1}{115}$ *t*†††), vrſus et ipſe omniuorus, cuius praeterea fabrica ab humana non longiſſime differt $\frac{1}{323}$ *t*††††).

pag.

*i*) *adde* Animal pondere 17 l. cerebrum ℥ivß, cerebellum ℥iß, quae ratio eſt 1 ad 362. BVFFON VIII. p. 317.

pag. 7. not. *n*) *lege* Nempe in boue $\frac{1}{866}$.

*o*) *adde* Non adeo exiguum Ill. CAMPER.

*s**) Librarum in animali pondus 369, cerebri ℥xij, ʒvj, cerebelli ℥iiß, quae ratio eſt 1 ad 216. BVFFON XI. p. 260.

*s***) Cui pondus l. 1150, cerebrum l. 1. cerebellum ℥iij, ʒij, quae ratio eſt 1 ad 903, ibid. p. 342.

*c*) *adde* Sextam tantum partem longitudinis capitis habet GARFAVLT, p. 26.

*c**) *Elem. d'hippiatr.* p. 112.

pag. 8. not. *n*) ad vncias 136.

*t**) Marmota, quae libras pendebat ſex, cerebri habuit drachmas duas, grana viginti, cerebelli grana 34, BVFFON VIII. p. 234.

*t***) Cuius pondus erat granorum 616, cerebrum gr. 3½, cerebellum gr. 2¼ habuit, ibid. p. 138.

*t****) Cui pondus ſemidrachmarum 219, cerebrum 36 gr. cerebellum gr. 12. p. 212.

*t*****) Cui pondus vnciarum octo, drachmarum trium, cerebrum gran. 18. cerebellum gr. 4. p. 94.

*t*†) Cui pondus drachmarum 23, cerebrum gr. 21, cerebellum granorum ſeptem cum ſemiſſe, p. 172.

*t*††) Cui pondus unciarum 23. cerebrum gr. 52, cerebellum gr. octodecim, p. 12.

*t*†††) Cui pondus drachmarum 62 cum ſemiſſe, cerebrum drachmae dimidiae, cerebellum granor. nouem. T. XIII. p. 131. Sed alias maior fuit, SVLZER *Naturgeſchichte des Hamſters*, p. 94.

*t*††††) Pondus corporis librarum 141, cerebri drachmarum 57. gran. 15, cerebelli drachm. 12. gran. 36.

pag. 9. l. 6. $\frac{1}{102}$ *lege* $\frac{1}{78}$

p. 10. l. 2. $\frac{1}{25}$ *lege* $\frac{1}{13}$

ibid. l. 8. *Verbis* „Denique claſſis humanae cet. §. IV*. *incipit, eaque* „In ſimiis“ *inſcripta eſt, et verbis* „Homini cerebrum aliquando cet. quinta orditur.

ibid. l. 11. *adde* Nunc nuper BVFFONIVS multarum ſimiarum cerebra adpendit, quorum pondus totius corporis ponderis eſt in ſimia *Ouiſtiti* pene $\frac{1}{28}$ *q**); in *Coaita* fere $\frac{1}{40}$ *q***); in *Saiou* ratio fere incredibilis $\frac{1}{11}$ *q****); in *Sai* iterum ratio fere $\frac{1}{16}$ *q*****); in *Saimiri* $\frac{1}{21}$ *q*†); in *Mone* $\frac{1}{41}$ *q*††); in *Talapoin* $\frac{1}{35}$ *q*†††); in *Patas* $\frac{1}{41}$ *r**); in *Malbrouk* fere $\frac{1}{24}$ *r***); in *Papione* $\frac{1}{93}$ *r****); in *Gibbon* $\frac{1}{50}$ *r*****); in *Macaque* $\frac{1}{94}$ *r*†); in *Magot* $\frac{1}{107}$ *r*††); in *Mangabey* $\frac{1}{74}$ *r*†††).

ibid. l. 13. *lege* alias fuit trium librarum *t*), et trium librarum, ſemidrachmarum nouem *t**), et trium librarum atque octo vnciarum cum cet.

p. 11. l. 5. *poſt* equo *adde* non proportione, ſed pondere ipſo. Simiae quaedam

pag. 9. not. *x*) *adde* BVFFON XIII. p. 335. Cum animal penderet ℔ xxvj, cerebrum erat ℥vj, ʒij, cerebellum ℥j, ʒij, vt adeo encephali ad corpus ratio foret = 1 ad 55. Non ideo maius, quam homini.

pag. 10. not. *n*) *lege* Grana vndecim in granis 346.

*o*) *lege* Grana 21 in granis 380. Pondus cet.

*q**) Cerebri pondus drachmae vnius, granorum decem, cerebelli granorum 13, animalis vniuerſi ℥iv, drachmarum quinque cum ſemiſſe, BVFFON T. XV. p. 104.

*q***) Pondus animalis vnc. 144, cerebrum vnc. trium, gran. 54. cerebellum drachm. 3 cum ſemiſſe, ibid. p. 30.

